INTERPRETATIO RVBRICAE .C. VT PVBLICAE LAETITIAE VEL CONSVLVM NVNCIATORES, Lib. XII.

Vnà cum deſcriptione feſtiuitatum et ſolẽnium ludorum Gentilium, quæ lætitiæ tempore celebrabantur.

Ioſepho Moniardo Iureconſulto Vercellenſi Auctore.

CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV

VENETIIS,

Apud Franciſcum de Portonariis.

M D LXIII.

ILLVSTRISSIMO VIRO, IVRISCONSVLTO CLARISSIMO THOMAE LANGVſco, Stropianæ Comiti, a ſecretis Principis primario, Magnoque cancellario,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ioſephus Moniardus. S.

SOLENT, qui libros conſcribunt, eos quibus opera ſua dedicare inſtituerunt, laudibus & encomiis in cœlũ eximiis efferre, & ii quidem ſæpenumero aut adulari, aut affectatione laudare uidentur. Ego ne id uitio mihi dari poſsit, præteribo ſupremi tui nominis celebritatem, virtutumque ſplendorem ſilentio inuoluam, quo ſumme præditus es, quoq; in oculis ciuium omniũ fulges, vt commendatione non egeas ulla, ſed ipſe te oſtendas. Dicam duntaxat, dum ſummopere tibi deditus eſſem, & in dies benefi

ciorum in me tuorum nexus excreſcerent, uidebar mihi gratiam nullam habere, & ingrati uitium animi inducere, ſi differrem in ſerum nimis gratitudinis ſignum laboris mei paululum tibi offerre, & quia ex animo in te propenſus ſum, ingenii propterea mei fructus exhibere operepretium duxi, atq; inique ſicut comparatum eſt (teſte Terentio) ut hi qui minus habent, ſemper aliquid addant ditioribus, econuerſo magis æquũ eſſe arbitror, ut humilioris uitæ & ingenii homines ſeſe ad digniores conuertant, ad eosque actiones quaſque ſuas dirigant, & illis laborum fines ſuorum atque fructus inſtituant. Quapropter quum annis iam ferme duobus elapſis pacis gratia multa ſuper titulo. C. vt publicæ lætitiæ; & ſcripſiſſem, & longe plura in legem unicam ſcribenda paraſſem ad pacis & belli tempus attinentia (ut legis materia poſtulat) quæ uaria ex lectione congeſsi, nec à legum ſcriptoribus memoriæ produntur, iis tamen extremam manum imponere comperendinarem, decreui ſolius tituli interpretationem edere, nec editioni laxiorem diem concedere, & potius tenuis ingenii aleam ſubire, quã procraſtinare, & opuſculum hoc offerre, quandoquidem nullis me fortuna proſequitur commoditatibus aptioribus, quinimo for-

tunas fermè eripuit, ut nec xenia, nec apophoreta facile, quibus debeo, mittere poſſim. Tu qua ſoles urbanitate quaſcunq; res excipere, uir eximie exiguum munus iuxta ſapientis uiri dictum, quicunq; ille ſit, accipito placide leges enim per multa quæ tibi fore nō parū iucunda exiſtimo: refertus eſt libellus præter quæſtiunculas iure diſputatas non illepidas, ludis iocis & feſtiuitatibus omnibus Antiquorum. Vale.

INDEX EORVM QVAE NOTATV
digna in hoc opere continentur.

A

ABolitio criminum & relaxatio de tētorum in carceribus concedi ſolet in publica lætitia. fol. 49.nu.2
Aemilii triumphi ordo deſcribitur. 23.nu.5
Afaltici qui. 27.nu.8
Agitatores qui dicātur. 26.n.4
Agonalia feſta quæ. 10.nu.11
Alcibiades eſt muſicam aſpernatus. 55.nu.6
Amphitrionis & Orphei fabula cur confiċta. 56.nu.9
Annulo ferreo triumphantes vtebantur. 25.nu.7
Appellare etiam licet. 16.nu.6
Poteſt etiam procedi quādo alias iuriſdictio eſſet tempore peritura. 16.nu.7
Item quando dubitatur de fuga debitoris poteſt ea die capi. 16.nu.8
Item quando res celeritatē exigit, tūc fieri pōt. 16.n.9
Apollinares ludi qui fuerint. fol. 41.nu.6
Argumenta prædicta à prædictis contractibus propter diuerſas rationes tolluntur. fol. 8.nu.9
Argumentum ad id de nimio amoris furore. 7.nu.7
Argumentum a contrario ſenſu non procedit quando datur medium inter duo contraria & in prohibitiuis etiam. 76.nu.4
Argumentum a contrario ſenſu quō accipiatur. 68.nu.4
Argumentum de contractu nimia lætitia affecti ad contractum ebrii. 7.nu.5
Argumentum de ira & lætitia & è conuerſo. 6.nu.2
Argumentum a contrario ſenſu. 69.nu.8
Athletica quæ fuerint. 27.n.7
Athletarum leges & inſtituta. fol. 33.nu.7
Auli Gellii laus. 3.nu.2

B

Bellum inter Chriſtianos eſt iniuſtum. 27.nu.2
Brauium cui debeatur ex duobus currentibus, quorū unius deiecti equus primus curſum perfecerit, alter equeſter ſecundo loco integre cucurrit, & in hoc communis opinio improbatur. 70.n.1
Brauiū cui debeatur ſi duo uel plures eodem momento terminum attigerint & an ite-

randus ſit curſus. 71.nu.2

C

Campanarum utilitates,& cō moda enarrantur. 50.nu.8
Campanarum materia remiſſiue. 50.nu.9
Campanarum ſonitu publica ēt lętitia celebratur.49.n.3
Campanarum uſus unde fuerit inductus. 49.nu.4
Campanarum uſum etiā apud antiquos fuiſſe comprobatur. 50.nu.6
Cantus laus. 56.nu.10
Carmentalia. 11.nu.12
Caſtrenſis. 19.nu.8
Caſus inſolitus culpa non annumeratur. 66.nu.9
Caſum fortuitum excipiens teneri uelle uidetur culpa, & econuerſo 63.nu.13
Certaminum genera quæ fuerint. 27.nu.5
Certaminum modus explicatur. 28.nu 14
Certi hominis factum probandum eſt,ſi de incendio agitur. 66.nu.7
Clangorum feſtum apud Hebræos quid & quādo & cur celebrabatur. 10.nu.6
Idem de feſto die Propitiationis. 10.nu.7
Idem de feſto die Tabernaculorum. 10.nu.8
Idem de phaſe. 10 nu.9
Cleopatræ ſolertia in Antonium ex conuiuali corona adhibita. 22.nu.16
Circēſes ludi qui & quales fuerint & unde originem habuerint. 43.nu.9
Circuli figura pro halecis & quomodo huiuſmodi ludi fierent. 31.nu.5
Ciuica corona. 19.nu 6
Cognitio cauſę ſuper eo q̄ vox vnius ex magiſtris ſcholarū impedit vocem alterius licita eſt. Item ſuper eo ꝙ ſtrepitus artificū impediat ſcholarem ſtudentem vel iuriſcō.interpretantē. 16.n.12
Comœdia unde ortum habuerit & vnde dicatur, eiusque ꝓgreſſus apud Græcos qualis fuerit explicat̄. 51.n.13
Commodi mira peritia in arte iaculatoria. 36.n.3
Conceptiuæ feriæ declarātur. fol. 13.nu.2
Compitalia. 13.nu.6
Conductor quomodo incēdio teneatur. 65.nu.4
Conſuetudo etiā improba excuſat a pena. 59.nu.7
Cōſules unde dicti & de eorū materia remiſsiue. 78.nu.5
Conſumatus homo quis dicatur. 45.nu.4
Continuatio tituli ad præcedentia. 77.nu 1
Contractus lætitiæ cauſa initi an teneant. 6.nu.1

Contractus ira perciti fauore piæ cauſæ non reuocatur. 9. nu.19
Controuerſiæ iure non armis dirimendæ. 27.nu.3
Coronæ fuerũt honorum gratia conſtitutæ. 18.n.4
Coronarum in ludis & conuiuiis uſus varius & qui. 19. nu.10.
Coronarũ inuẽtores. 19.n.11
Coronarum uſus cur in conuiuiis fuerit. 20.nu.12
Coronarũ genera quę in uſu fuerũt explicãtur. 20.n.13
Coronarum vſus cur in conuiuiis. 21.nu.15
Creditor ſine ſua culpa ammiſſo pugnore experiri poteſt contra debitorẽ. 68.n.6
Creditor in pignoribus tenetur de dolo lata & leui non etiam de leuiſsima culpa. 64. nu.14
Creditor Hebræus an extinctis pignoribus ſine ſua culpa poſsit ſortem cum uſuris conſequi. 67.nu.1
Curſus ſi ſit repetẽdus, an omnes ſimul, an uero uictores tantum repetent, quorũ curſus æqualis fuit. 71.nu.3
Cur feſti dies fuerint inducti. 17. nu.16
Curriculi ſitus qui fuerint in certaminibus. 28.nu.11
Curſores qui. 27.nu.9

D

Declaratio.l.legatũ.ff.de uſufru.leg. 41.nu.4
Declaratio.l. Athletas. ff. de his qui not.infam.&.l.i.C. de athlet.lib.x.& quid Thymele, Thymelita, Xiſtici & ars iaculatoria. 35.nu.1
Deſcriptio quid ſignificat. 79 nu.8
Deſignatores & brabeutæ qui ſint. 37.nu.6
Deſignare quid ſit. 37.nu.7
Diaulum quid ſit. 27.nu.10
Dies feſti deorum gentilium qui fuerint, & primo de Saturnalibus & quomodo inſtituta & quando. 10.nu.10
Diligentia prętерita tollit præſumptionem culpæ, quę poſtea ſequuta pręſumatur, niſi noua inditia vigeant. 63. nu.8
Quod dicitur de ędibus habitantis, dicitur etiã de ædibus alienis combuſtis, uel dirutis vt euitetur incendium. 63.nu.9
Dirimachius lapidibus obrutus. 45.nu.6
Diſcoboli qui dicantur & ad quid conducat huiuſmodi ars. 39.nu.3
Dolor & voluptas in eodẽ ſubiecto ſtare mixtim poſſunt. 4.nu.6
Dominus nõ tenetur incendii

cauſa pro aduenis. 63. nu. 2
Neque pro eis qui extra ſuũ officium domeſticum delinquunt. 65. nu. 3
Donationes affectionis cauſa ſit honeſta vel inhoneſta viribus ſubſiſtunt. 7. nu. 8

E

Ebrietatis damnum incompa rabile. 7. nu. 4
Ebrii cõtractus nullius eſt momenti. 7. nu. 3
Ebrietatis vitium. 8. nu. 10
Effectus quandoq; ponitur pro cauſa, & qualitas pro eo cuĩ qualitas adhæret, & continens pro cõtento & contra. 78. nu. 4
Elatio animi depreſsione eſt temperanda. 5. nu. 10
Equitia, Synoris Celeres, Haſtici, & Claſtra ludi qui ſint, & quid Troia uel Troianum agmen. 37. nu. 8
Equis aquã ſpargere quid ſit, & prouerbiũ frigidam aquã ſuffundere. 36. nu. 5
Ethnicorum exempla referuntur qui in rebus aduerſis lętitia affecti ſunt. 3. nu. 3
Exempla ſimilia ex ſacris literis petuntur. 4. nu. 4

F

Fabularum genera quæ fuerint. 53. nu. 17
Fabularum genera ex Græcia adducta & Satyræ ſpecies duplex. 52. nu. 15
Feria aliter à ſacris, aliter ab humanioribus auctoribus accipitur. 14. nu. 14
Feriæ familiares. 13. nu 9
Feriæ ſingulorum. 14. nu. 10.
Feriæ qualiter obſeruabantur fol. 14. nu. 11
Feriæ noſtræ priſcis comparatę. 14. nu. 12
Feriæ an & quomodo indicĩ poſsint a populo ſine conſẽſu Pontificis. 15. nu. 1
Feriarum genera ſecundũ antiquorum ritum & ſtatiuæ feriæ quæ fuerint. 12. nu. 1
Feriarum diſtinctio ſecundum legum & ſacrarum literarũ auctores. 14. nu. 13
Ferias quas poſsit iudex indicere & quas principes. 15. nu. 2
Feſti dies unde proueniunt. fol. 9 nu. 2
Funebres ludi qui ſint & qui ſiticines. 41. nu. 3

G

Gaudium herbarum ui prouenire et augeri demonſtratur fol. 3. nu. 7
Gaudium quid ſit. 2. nu. 5
Gladiatorum ſpectacula quæ & qualia forent, & Retiarii ſecutores Mirmillones qui fuerint, Hoplomachique & Thraces & qui laniſtæ fuerint. 44. nu. 1

Gladiatorum horrenda ſpecta cula cur fuerint inſtituta & quomodo abolita. 45.nu.5

Gladiatores infamia notantur nec Athletarum nomine nũcupandi ſunt. 36.nu.2

Gladiatores ordinarii, poſtulatitii et cõſumati qui dicti fuerint, et quid Samii et Andabatæ. 44.nu.2

Gymnici ludi quales & qui fuerint. 27.nu.6

H.

Habitator non tenetur pro incẽdio, ſi hoſtes incenderint. fol. 66.nu.6

Haltici qui dicantur & unde. fol. 31.nu.4

Henrici ſecundi Gallorum regis interitus. 5.nu.9

Homicidium cõmiſſum in conflictu vbi ſolet ex conſuetudine huiuſmodi conflictus fieri nõ eſt punibile. 59.n.5

Honores etiam alios quam triumphum ſolebãt Romani tribuere merentibus. fol. 18.nu.3

I.

Ignis natura. 48.nu.5

Ignis inter Auguſtales honores habitus. 48.nu.6

Ignis ab Hebræo publicæ lætitiæ cauſa excitatur, ſi vagatur & domum comburat, & pignora, an liberet & Hebræum a reſtitutione pignorum, & teneatur ad reficiendũ dãnum domus. 61.nu.1

Ignibus cur uti ſolitum ſit in publica lætitia. 48.nu.4

Immodicum ſi prohibetur an modicum cenſeatur etiam permiſſum, & an ſi prohibetur exactio ab inuitis cenſeatur permiſſa acceptio a ſponte dantibus. 75.nu.1

Imperatiuæ. 53.nu.7

Incendii origo ſi non apparet vnde ſit, ſententia aſolutoria ſequitur. 62.nu.6

Et ſi nõ cõſtat de certi hominis culpa, tollitur præſumptio contra habitatorem. fol. 63.nu.7

Incendium culpę habitantium ex generali regula aſcribitur. 61.nu.2

Incendium tribus modis culpæ habitantium aſcribitur, re, loco, & tempore. 62.n.3

Incendiũ leuiſsima culpa præſumitur factum. 65.nu.1

Inſtrumentorum diuerſorum inuentores enarrantur, & quid tuba & lituus & an inter ſe differunt, & ſiticientes qui dicantur. 54.nu.4

Intellectus & concordia l. Athletas ff. de his qui notan. in fam. & l. 1. §. Quid ſi depugnauerit. ff. de poſtu. Et an & quando corporis exercitium infamet. 33.nu.1

Inſinuatores qui dicantur in materia tituli. 78.nu.6
In contractu gratia vtriuſque celebrati venit ſolum dolus lata & leuis culpa. 62.nu.4
In lege Aquilia nõ venit leuiſſima culpa conſiſtens in non faciendo. 62.nu.5
In curſu & certaminibus quæ gratia uirtutis fiunt, licite ſunt victoriæ fraudibus & dolis acquiſitæ, & quando inter hoſtes licitæ fraudes dicantur. 71.nu.4
Iræ mala. 8.nu.11
Iſthmia qui ludi eſſent, & quales. 34.nu.5
Iubileus annus unde originẽ ſumpſit. 43.nu.8
Iuſtus dolor minuit pœnam. fol. 7.nu.6

L

Latinæ feriæ. 13. nu.3
Lætitia & gaudium ſignificatione conuenire uidentur. fol. 2.nu.1
Letitia & gaudium inter ſe diſcrepant. 2.nu.2
Lætitia quid ſit. 2.nu.4
Lætitia publica quibus ex cauſis indicatur. 9.nu.1
Lætitia & mœror, uoluptaſq; et dolor diuerſis ex cauſis in eodem corpore accidunt, licet contraria uideantur. fol. 5.nu.7
Lætitia quãdoque mortis cauſam præbuiſſe exemplis cõprobatur. 2.nu.6
Lætari an poſsimus de rebus aduerſis. 3.nu.1
Loci ſecuritas culpam tollit. fol. 66.nu.5
Luctatio & paleſtra quid ſint. fol. 28.nu.13
Lupercalia feſta. 11.nu.14
Luſtrum quid ſit. 35.nu.7

M

Matris deorum fabula & ludi in eius honorem. 38. nu.2
Megalenſes ludi qui dicantur. fol. 38.nu.1
Mimi qui dicantur, Panthomini, Ethologi & Ethopei & hi omnes notantur infamia & hypochritæ & hypocriſis quid ſit. 53.nu.18
Mors ſæpe numero miſeris eſt iucundior vita. 4.nu.5
Mortis cauſam per laſciuiam, uel ad conceptionem vel in venatione, uel alio modo prebens, quomodo puniendus. 60.nu.10
Mulieribus ob pietatem honores Romani tribuerunt. fol. 11.nu.13
Muralis corona. 19.nu.7
Muſica an ſit ars infamis & dãnata. 55.nu.5
Muſica plurimum conducit. fol. 55.nu.7
Muſica pro publica lætitia ex dei pcepto inducta. 54. nua

Muſica triplex eſt, mundana, humana, et organica. 54 n. 2
Muſarum & Apollinis et Muſicæ inuentio cur fuerint. fol. 17. nu. 17
Mutuo dans pecuniã ſub uſuris habet in ſe omne periculum, adeo quòd extincto pignore extinguitur perſonalis actio. 67. nu. 3

N.

Naualis. 19. nu. 9
Negligentia exigitur in incendio. 66. nu. 8
Nemea ſacra quæ & qualia: fol. 34. nu. 3
Nimium eſt damnabile, et multa de re nimia damnanda et de exceſſu explicantur. 73.
Non ualet conſequentia res et pretium eſt, ergo emptio. fol. 69. nu. 7
Nondine. 13. nu. 8

O.

Obſidionalis corona quæ nã fuerit & quomodo fieret & quibus donabatur. 18. nu. 5
Occidens aliquem in certamine, qui ſit in eo nõ punitur, ſecus ſi alium extra exiſtentem. 60. nu. 11
Occidens aliquem in publico certamine, an puniendus ſit & an clericus ſpectator in pœnam aliquam incidat. fol. 50. nu. 4
Olympica certamina. 34. n. 6
Omnes habitantes in una domo incendii cauſa tenentur fol. 64. nu. 17
Etiam pro vicini domo combuſta. ibi. nu. 18
Etiam paterfamilias pro familia. ibi. nu. 19
Oppoſitum idem operatur in oppoſito, quod propoſitum in propoſito. 63. nu. 10
Opus pium & vitæ humanæ utile in feſtis eſt licitum, ſiue pro humana ſalute, aut animalium brutorum, aut pro uitando malum fiat. 15 nu. 4.
Opus etiam neceſſarium eſt licitum, ut quando alias tempore res omnino periret. 16 nu. 5
Opus etiam publicam vel priuatam aliquam maximam vtilitatem requirens. fo. 16. nu. 10.
Opus publicum fauorem concernens. 16. nu. 11
Organica muſica quibus inſtrumentis concipiatur, & quid ſit cruomena et enchorda, & pneumatica. 54 nu. 3
Ouatio unde ſit dicta. 26. n. 11
Ouatio quid differat a triumpho. 26. nu. 12
Ouandi & non triumphandi cauſa quæ fuerit. 25. nu. 9

P

Paganalia. 13. nu. 4

Pancratii quis fuerit inuentor,& paleſtra & pentathli Aeginetæ qui dicantur., & quinquertiones. 30.nu.2
Pancratium quid ſit,quid pentathlus. 30.nu.1
Pecunię ſparſionis uarius uſus in publica lætitia. 49. nu. 1
Pignus datum Hebræo an potius uideatur res uendita quàm pignori data.67.nu.2
Pignus utriuſque gratia conſtituitur. 63.nu.12
Plebei ludi qui dicātur.41.n.5
Pollicitatio in Rempublicam lætitiæ cauſa ualet 9.nu. 20
Proiiciens lapidem in locum prohibitum qua pena puniēdus ſit. 59.nu.6
Prouiſio hominis quando legis prouiſionem tollat 64. nu.15
Publica lætitia quibus modis ſolebat celebrari . 17. nu. 1
Pugiles qui fuerint. 28.nu.12
Pythya qui ludi eſſent & quales. 34.nu.4

Q

Quæ ſit ratio huius tituli. 73 nu. 1
Quæ laudentur & quæ improbentur coronæ. 20. nu. 14
Quæ ordinaria & quæ extraordinaria dicantur. 44
Qui delectati fuerint ſaltatione,& apud quas nationes in uſu fuerint,& quātum olim ſaltationi tributū ſit.46 n.2
Qui facit aliquid quod ſit illicitum,communiter tamen exiſtimatur licitum, non punitur. 60.nu.8
Quid ſit Cenſus Deus & cōſualia. 44.nū. 10.
Quid agere liceat in feriis. 15 nu. 3
Quis primus cāpanarū uſum in Eccleſia induxerit.50.n.5

R

Regula quòd incēdium culpa habitantiū præueniſſe pręſumitur cū ſuis ampliatiōibus & limitationibus.64.n.16
Reſtringentia ſe inuicē,& quorum vnum gratia alterius cōparatum eſt, eodem iure terminantur. 63.nu.11
Res ad pacem & ad concordiā ſpectans eo die expediri poteſt. 16.nu.13
Item res pietati conueniens. 16.nu.14
Item generaliter vbicunq; animæ detrimentum verſatur, vel periculum eſt in mora. 17.nu.15
Romanorum exempla in huiuſmodi actibus. 60.nu.9
Romanus Pontifex adiri debet quando eſt controuerſi inter Chriſtianos principes, & bellum inter Chriſtianos quādo dicatur iuſtū. 27.n.9
Rubricæ ſenſus. 79.nu.4

S

Sacra certamina quæ fuerint & qualia. 33.nu.2
Sacræ literæ & huiuſmodi verba qualiter intelligũtur, & cur ſacri principes & eorum actores ſacti dicãtur. 78.n.7
Sacrum refugium quid ſit & quando celebratur. 10.nu.4
Salaria de publico percipiẽtes non debent a prouincialibus aliquid habere. 77.n.21
Item de militibus dicitur.
Et de principibus quibus tributa ſoluuntur.
Et de Iudicibus qui nõ debẽt cogere ſubditos ad capiendum malefactores, qui debent ſumptibus publicis perquiri.
Saltationis materia explicatur, & primo vnde ſumpſerit originem. 46.nu.1
Saltationum ſpecies olim quę fuerint remiſsiue. 48.nu.3
Saraceni cãpanis cur non utantur. 50.nu.7
Scena quomodo eſſet inſtructa, & quomodo Tragediarum ſcena & Comicarum. fol. 52.nu.16
Scenici ludi unde originẽ traxerint. 51.nu.11
Scenici ludi qualiter ad Romanos irrepſerint & qui ludiones & hiſtriones dicantur, & Feſceuini uerſus. 52.n.14
Scenicorum ludorum materia & primo vnde dicti ſint. fol. 51.nu.10
Seculares item ludi. 42.nu.7
Sermentinæ. 13.nu.5
Socii ſi duo conducti ſunt ad operã unius diei, licet unus plus operæ præſtiterit, æqua tamen eſſe debet mercedis diuiſio. 72.nu.5
Sortis obſeruatio in huiuſmodi ludis. 32.nu.6
Spectanda an proſint uel noceant moribus. 57.nu.1
Stoicorum ſententia de lætitia & gaudio. 2.nu.5

T

Temperantia animi ita in proſperis rebus, ſicut in aduerſis exemplis & ratione laudatur, & lætitiam nimiam atque triſtitiam fore comprimendam auctoritatibus comprobatur. 9.nu.21
Tẽpeſtas Dea quæ dicatur, cur & quando celebrabatur. fol. 10.nu.5
Tragedia vnde dicta ſit. 51. nu.12
Tragedia Comœdia & Satyra quomodo differant, & quomodo ſit extincta Satyra. 53. nu.19
Tres philoſophici termini quibus quæque res uel lauda-

tur vel vituperatur. 57.n.2
Triſtitia quantum noceat, & quantum lætitia conducat. 6. nu.11
Triumphantium gloria quomodo reprimeretur. 24.n.6
Triumphandi ſolennitas qualis fuerit. 23.nu.4
Triumphum gerere an Chriſtiano liceat aliis deuictis Chriſtianis. 26.nu.1
Triumphum quis primus oſtẽdiſſe dicatur. 23.nu.2
Triumphus vnde ſit dictus. 22 nu.1
Triumphus quid ſit. 18.nu.2
Triumphus quando decernebatur. 23.nu.3
In triumphis parandis qualis fuerit Romanorum diligentia & de Probi Auguſti triũpho. 25.nu.8
Triumphorum diſtinctio qualis fuerit. 26.nu.10
Troia quis ludus eſſet. 43.n.11

V

Venationum ſpectacula quæ & qualia fuerint & de damnatis ad beſtias, & uenatione nobilium. 45.nu.7
Verba ſuperflua potius eſſe debent quam ut damnum indebite eueniat. 69.nu.9
Verba rubricæ exponuntur. 78. nu.3
Verba debẽt potius ſuperflue ſtare quam ꝙ quis indebite damnum patiatur. 68.nu.5
Veiouis feſtum quid ſit & quã do celebratur. 10.nu.3
Viſus ſenſuum optimus. 56. nu.11
Vnguenta & coronas quis prĩmus in conuiuiis habuerit. 22. nu.18
Vnguentorum uſus ex floribus in conuiuiis. 22.nu.17
Vnde natum eſt prouerbium citra pulueris tactum. 29. nu.15
Voluptas ſæpe numero a mœrore obruitur. 5.nu.8
Voluptas quæ maior ſit, an quæ uiſu uel auditu percipitur. 56.nu.8
Voti efficacia. 8.nu.16
Votum ob lætitiam factum an liget uouentes. 8.nu.12
Votum vt obliget quot & quę requirantur. 8.nu.13
Votum quid ſecundum Platonem. 9.nu.18
Votum quid ſit. 8 nu.14
Votum æquiperatur pollicitationi in Rempub. ſine cauſa fol. 8.nu.15
Vouere quid ſit. 8. nu.17
Vti ſpectaculum eſt, ita flectitur animus. 58.nu.3

FINIS.

IN RVBR. C. PVBLICAE LETIT. VEL CONSVLVM, LIB. XII. COMMENTARII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ioſepho Moniardo auctore.

POSTEAQVAM optatiſsimæ pacis nuncius ad aures noſtras peruenit, factumq; eſt ut omnium animi hac noua & quaſi inſperata lætitia geſtirent, atque (ut ita dixerim) exultarent, non potui in communi totius Europæ, nedum noſtræ Ciuitatis gaudio, ingenti, intemperanti, atquè exundanti hilaritate non affici, quæ poſt graues, diuturnaſque calamitates ac ueluti tempeſtatem ſæuiſſimam repentè, præterque ſpem quaſi portus quidã fuerit obiecta. Verùm ut exuberans hoc gaudium iucũdiſs.mæq; pacis nomen perpetuò noſtra et po-

ſterorum memoria nõ delendum, ſcriptis etiam cõmendetur & celebretur meis, ad nouiſsimum poſtremi Codicis libri titulum me contuli, ut aliquid ex animi mei dotibus(quamuis tenues admodum & exiguæ, tuoq́ue nomine indignæ ſint) pro publica gratulatione tibi rependerem, Quandoquidẽ in pace tractanda & componenda pro optimo maximoq́; Principe noſtro legatus & internuncius ſæpe fuiſti, ut ob id prudentiæ tuæ plurimum iure debeamus, conſtituiq́ue caput ipſum rubrica notatum atque legem interpretari. Facit enim publicæ alacritatis mentionem & pacis iucunditate aſperſa eſt, ut ipſius lectio nobis ſuauiſſima futura ſit perinde ac ſi in olido floribus & ameno herbis uirentibus campo ſpatiaremur.

SVMMARIVM.

1 Lętitia & gaudium ſignificatione conuenire uidentur.
2 Letitia & gaudium inter ſe diſcrepant.
3 Gaudium quid ſit.
4 Lætitia quid ſir.
5 Stoicorum ſententia de lętitia et gaudio.
6 Lętitia quandoque mortis cauſam prębuiſſe exemplis comprobatur.
7 Gaudium herbarum vi prouenire et augeri demõſtratur.

RVBRICA.

PVblicæ lætitiæ vel conſulum nunciatores vel inſinuatores cõſtitutionum, & aliarum ſacrarum vel Iudicialiũ literarum ex deſcriptione vel ab inuitis ne quid immodicum accipiãt.

Deſcribam igitur in primis, quid ſit lætitia, et quas ob cauſas publica lætitia ſoleat indici poſtea explicabo. Deinde dicam quibus modis celebrari conſueuerit, lætique animi affectus efferri. Præterea huius rubricę rationem inueſtigabimus, quæ perfecti ſenſus eſt, & prohibet. Demum quod primo fieri oporteret effrenata lætitia quę ſenſus noſtri iudicium haud rarò tollere ſolet, ſuo ordine hunc titulũ cũ cæteris collocabimus, & eius verba ſi quæ apta expoſitionis eſſe videbũtur declarabimus, his quinq; peractis erit abſoluta rubricæ explanatio.

1 *Lætitiam cum gaudio ſynonymum quiſpiã facilè cre*
deret, quod nõ voce, ſed ſignificatione plurimum con
uenire videantur, & qualibet dictio animi motum
2 *et eleuationẽ deſignet. Attamẽ aliqua ratiõe diſcre*
pãt, quãdoquidẽ lætitia eſt exultatio quædã animi

cum gaudio efferuētiore euentu rerū expetitarum, teſte Aul.Gell.lib.2.cap.27.& probatur in l.decurionibus, in verbo lætitia. C. de ſilenti.libr.12.
3 *Et cùm ratione animus mouetur placidè atq; cōſtanter, tum illud gaudiū dicitur, quo afficitur ille, qui diſcendo & contemplando ipſa intelligētia de*
4 *lectatur, vt inquit Plato in Prothag. Cùm autē & inaniter & effuſe animus exultat, tum illa lætitia geſtiens vel nimia dici poteſt, quam ita definiunt, ſine ratione animi elationē, autore in Tuſcu. Cicerone, & Archidiacono xij.q.2.cap.eccleſiaſticis, vt propriè gaudium ſit, cùm exhilaratur animus aliqua re, neque tamen ita ad exteriora diffunditur vltra modū, vt facilè appareat: lætitia verò cùm ita animus mouetur, & efferuet, vt etiam ad exte*
5 *riores geſtus egrediatur. Hinc Stoici dixerūt, gaudium in ſapientem cadere poſſe, lætitiam verò minimè, quod ſicut (vt inquit Cicero) omnino iraſci neſcirent, ita in rebus iucundis & felici euentu ani*
6 *mum quoque ſcirent temperare. Nam compertum eſt lætitiā interdū mortis cauſam eſſe, gaudio enim interierūt Sophocles, Dionyſius, & Chilo Lacedemonius, cui mortales oraculorū ſocietatē dederūt, tria præcepta eius Delphis cōſeruando aureis literis. Mater pugna illa Cannēſi filio incolumi viſo cōtra falſum nuncium nullis euidētibus cauſis gaudio expirauit. Pleriq; etiā alij ob inſperatū ingens gaudium intercluſa anima cùm magni nouiq; motus nō ſuſtinerent, & gaudio oppreſſi & exanimati ſunt,*

vt autores Plinius, Valerius & Gellius tradiderunt. Gaudiũ verò, quãuis ego dixerim ex rerum
7 *felici euentu nobis contingere, prouenit quandoque herbarũ virtutibus omnẽ triſtitiã abolentibus, & voluptatem augẽtibus Plinio teſte. lib. 21. ca. 21. & lib. 25. cap. 8. & 26. cap. 11. Sed de his nihil attinet ad rem noſtram, à qua non abfuturum opinor, aliqua huic definitioni congruentia in vtranque partem diſputare.*

SVMMARIVM.

1 Lætari an poſsimus de rebus aduerſis.
2 Auli. Gel. laus.
3 Ethnicorum exempla referuntur qui in rebus aduerſis lætitia affecti ſunt.
4 Exempla ſimilia ex ſacris literis petuntur.
5 Mors ſæpenumero miſeris eſt iucundior vita.
6 Dolor & voluptas in eodem ſubiecto ſtare mixtim poſſunt.
7 Lætitia & mœror, voluptaſque & dolor diuerſis ex cauſis in eodem corpore accidunt, licet contraria videantur.
8 Voluptas ſæpenumero à mœrore obruitur.
9 Henrici ſecundi Gallorum regis interitus.
10 Elatio animi depreſsione eſt temperanda.
11 Triſtitia quãtum noceat, & quantũ lætitia cõducat.

1 *ERit igitur queſtio, Nunquid fieri poſſit, vt homines quandoque de rebus aduerſis lætentur. Hac quæſtione abſurdius nihil dici, aut exiſtimari poſſe*

videtur. Quandoquidem definitioni non ſolum aduerſatur, verùm humanæ quoq; naturæ repugnat, cùm ſecundo duntaxat rerũ euentu lętemur, aduerſa autem & incõmoda ſorte omnino doleamus, ſic temporum varietate & rerũ viciſſitudine exigen-
2 *te. Gellius tamen qui in ſtudiis doctrinarum egregius fuit, & vir plurimæ variéq; ſcientiæ gratia venerandus, verba grauia & illuſtria de Rege Philippo Demoſthenis, & de Sertorio Saluſtij lib. 2. refert, quibus viros duces de vulneribus, graciã faciei adimẽtibus gloriã atq; lætitiã habuiſſe cõpertũ eſt,*
3 *Demoſthenẽ ita ſcripſiſſe meminit. Videbã etiã ipsũ Philippum pro Imperio principatuque oculo effoſſum, humero fractum, manu crureq; oblæſum, omne denique corporis mẽbrum, quod fortuna auferre voluiſſet, id vltro hilariterque offerentem, vt de cætero vitam cum honore & gloria ageret. Saluſtius de Sertorio Duce in hiſtoriis hæc verba ſcripta reliquit, Magna gloria tribunus militum T. Didio imperante magno vſu bello Marſico paratu militum & armorum fuit, multaq; tũ ductu eius, quæ rapta primo per ignobilitatẽ, deinde per inuidiam ſcriptorum celebrata ſunt, quæ eminus faciẽ ſuam oſtentabant aliquot aduerſis cicatricibus, & effoſſo oculo, quo ille dehoneſtamento corporis maximè delectabatur, neque illis anxius, quia reliqua glorioſius retinebat, hæc ille. De Horatio Coclite idem quoque aliqui perhibuerũt, qui ob defenſum pontem ſublicium contra omnem Hetruſcorum exerci-*

tum,donec à tergo frangeretur, fertur ſagitta femur traiectus,claudus euaſiſſe,& propterea dum in petitione honoris ei claudicatio vti vitiũ obiiceretur,magnificè prorſus & condigne facto reſpondiſſe,Per ſingulos(inquit)gradus admoneor triumphi mei:& memoriæ à Plutarco proditum eſt,Paulum Aemiliũ ita dixiſſe aperto pectore incredibili cicatricum multitudine repleto, Tu ob hec rides Galba,ego autem glorior apud Pop. Rom. Nam pro his noctu diequé militando hęc vulnera ſuſcepi.

4 *Haud leuem quoque huiuſce rei argumentationem prebent, quæ de Chriſti Martiribus ſacri ſcriptores memoriæ prodiderunt, Gregorius maximè de virginibus loquens his verbis, Erectus animus ad virtutis culmen tormenta deriſit,præmia calcauit,ante armatos reges & præſides ductus impreterritus ſtetit,feriẽte robuſtior,iudicãte ſublimior. Abrahami quoque atque Laurentij exemplis moueamur. Animũ ſiquidẽ promptum & alacrem,& ad explicandum domini iuſſum Abrahamus expoſitũ præbuit. Sed beatus Laurentius fortior fortiſſimo Abrahamo,hic filium ſuum Deo obtulit, ille ſe ipſum pro Dei filio Ethnicorum crudelitati cõſecrauit,hic ignem parat,collum filij ligat,gladium educit. Sed angelũ audit prohibentem ne perficiat. Ille vt concidat, atque ardore flãmæ conflagret, incendio traditus Chriſtum prædicat,carnifices carbones inducẽtes verbis exaſperat, vt vna corporis parte igne cõſumptus denique totus igneſceret, &*

efficeretur Domino holocauſtum. Legimus etiam Apoſtolorum Actuum cap. 5. Apoſtolos gauiſos fuiſſe ſe affligi & cædi uirgis propter Chriſtum. Audis igitur quibus ignis & gladius gaudium attulerit: nec mirum quidem, nam etiam miſeris da-
5 *tum eſt mortem ſæpius expetere, ut uita confecta, nulla reliqua cura, nulla ſollicitudo futura ſit: in luctu & miſerijs mortem ærumnarum requiem, non cruciatum eſſe ducentibus, vt Virgilianus exclamat AEneas,*

O terque quaterque beati
Queis ante ora patrũ Troiæ ſub mœnibus altis
Contigit oppetere,

Et Petrarca Frãciſcus ĩ ſuis rhythmys Hetruſcis cecinit, quem ob poetices elegantiam, haud quam quàm referre pudet,

Ma del miſero ſtato oue noi ſemo,
Condotte dala uita alma, e ſerena
Vn ſol conforto dala morte hauemo,

Et alibi

Morte biaſmate, anzi lodate vui,
Che lega, ſcioglie, et in un ponto apre, e ſerra,
E dapo il pianto ſa far lieto altrui.

6 *Hanc præterea ſententiã confirmare uidetur, ſummæ auctoritatis atq; prudentię Plato, diſputãs dolores quoſdam animæ & corporis uoluptatibus miſtos reperiri, eamque utrorumque commiſtionem interdum uoluptatem, interdum uero dolorem cognominatam: quod quidem teſtimonijs apte confir-*

mat, quod anima à corpore diſcrepante in his omnibus, quorũ haud ſatis multitudo comprehẽditur, miſtio una doloris et uoluptatis emergit, vt iram, timorẽ, deſideriũ, lamentationẽ, amorẽ, æmulationẽ, inuidiã, & dolores huiusmodi reliquos plenos miris quibusdã voluptatibus inuenire licet, nam in memoriã nobis illud reducere oportet, quod quẽadmodum apud Homerũ accidit virum uel prudẽtem iraſci, eo tamen pacto, ut eius affectus dulcior melle ſit iugiter ſtillante, ſic contingat in vita, ut aliqua iræ dulcedo miſceatur, & voluptates in lamẽtationibus atq; deſyderijs triſtitię miſtæ ſint, quẽadmodũ meminimus eos, qui in tragicis ſpectaculis adſtant, dum delectantur ſępe lugere, & in Comedijs animi noſtri affectum ad oblectationẽ ſimul atque mœrorem declinare ſentimus. Inuidię quoq; nomen de proximorum aduerſis gaudium conci-
7 *pere deprehendimus. Veruntamen ultra naturæ modũ eſt humanæ, cùm pẽſitamus infortunijs, vulneribus atq; malis, et dehoneſtamẽto corporis vel morte hominẽ lętari. Quapropter non lætitia affectos dicemus illos quos ſuprà nominauimus; quia lętitia eſt exultatio animi cum gaudio efferuentiore. Sed præ ſtudio laudis & honoris, ac magni ſibi præſidij ad beatam uitam in cœlis comparandam, iacturarum damnorumque corporis contemptores extitiſſe, qui ſingulos artus ſuos fortunę prodigendos darent, queſtu atque compendio gloriarum vt in actis legitur Apoſtolorũ cap. 5. Et illi quidem*

gaudentes ibant à conſpectu concilij, quia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu pati contumeliam. Quandoquidem huiuſmodi viros leges quoq; perpetuam gloriæ cauſa uitam uiuere præſumunt, Inſtit. de excuſ. tut. §. ſed ſi in bello, ubi Aret. Iſti autem quibus proximè dixi doloris & uoluptatis congreſſio nẽ accidere, nõ eſt ꝙ doloribus lætetur; quia doloribus quidẽ dolẽt & uoluptatibus gaudẽt. Sed uolup
8 *tates ſuperueniẽtibus quoq; doloribus obruũtur, et noſtræ patriæ nuper accidiſſe uidemus, cuius maximã pacis lætitiam inopinata militũ inſolentia præſi*
9 *dio adaucto operuit, & Galliæ cuius Henricus rex, dum pro pace triumphus agitur, dum publica fit gratulatio, dum geſtiunt omnes, atque exultant, et ipſe quoque inter alios Troiam luderet, improuiſo inopinatoque & mirando ictu occubuit, ſqualoriq; & luctui ceſſit alacritas: ſed non hec ſine numine diuum eueniunt, vt enim inquit Plutarcus, dæmonium aliquod magnificis & ampliſſimis rebus ſortem habet detrahendi, ac ita miſcendi humanã vitam, vt malorum omniũ nullo modo ſit expers. Sed iuxta Homeri ſententiam cum his optime actum eſſe videatur, quos fortuna ad vtramq; partẽ cõuertit.*
10 *Et depreſſione quandoque elatio animi temperanda eſt. Nam (vt ait Caſſiod.) gaudia ſemper animos inquietant, modus enim rebus lætis raro imponitur. Et gaudium plerũque dulcẽ affert errorem ſecundum Quintilianum, ille gaudẽtium dulcis error oculorũ lætitia multum confert, triſtitia verò*

nocet, vt Eccleſ. 30. triſtitiã nõ des animæ tuæ, & non affligas temetipſum in conſilio tuo. Iucunditas cordis, hæc eſt vita hominis, & theſaurus ſine defe ctione ſanitatũ, & exultatio vitæ, eſt longeuitas, & . 38. A triſtitia feſtinat mors, & cooperit virtu tem, & triſtitia cordis flectit ceruicẽ, & Prouerb. 25. ſicut tinea veſtimento & vermis ligno, ita vi-ri triſtitia nocet cordi, & 115. cor gaudens exhila rat faciẽ, in mœrore animi deijcitur ſpiritus, & 17. Animus gaudens ætatem floridam facit, ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Quapropter ne lætitia nimia gentes efferantur, faſtidia quandoque ſuperindu-ci ſolent.

SVMMARIVM.

1 Contractus lætitiæ cauſa initi an teneant.
2 Argumentum de ira & lætitia & è conuero.
3 Ebrii contractus nullius eſt momenti.
4 Ebrietatis damnum incomparabile.
5 Argumentum de contractu nimia lætitia affecti ad contractum ebrii.
6 Iuſtus dolor minuit pœnam.
7 Argumentum ad id de nimio amoris furore.
8 Donationes affectionis cauſa ſit honeſta vel in honeſta viribus ſubſiſtunt.
9 Argumenta prædicta à prædictis contractibus propter diuerſas rationes tolluntur.
10 Ebrietatis vitium.
11 Iræ mala.
12 Votum ob lætitiam factum an liget vouentes.

13 Votum vt obliget quot & quæ requirantur.
14 Votum quid ſit & nu.36.
15 Votum æquiperatur pollicitationi in Rempub. ſi ne cauſa.
16 Voti efficacia.
17 Vouere quid ſit.
18 Votum quid ſecundum Platonem.
19 Contractus ira perciti fauore pię cauſe non reuocatur.
20 Pollicitatio in Rempublicam lætitiæ cauſa ualet.
21 Temperantia animi ita in proſperis rebus ſicut in aduerſis exemplis & ratione laudatur, et lętitiã nimiam atque triſtitiam fore comprimẽdam auctoritatibus comprobatur.

1 *ALtera queſtio agitari quoque poteſt,*
cõtractusne lętitiæ cauſa initi cõſiſtãt
an nõ. Pone allato pacis nũcio Fabiũ
nimia exultatione geſtientem, immo-
dicam pecuniæ quantitatem largitione tranſtuliſ-
ſe, valida quęri poteſt an ſit donatio. Et negare poſ
2 *ſimus donationem valere, niſi amici perſeueran*
tia apparuerit pari ratione. l. quidquid. ff. de reg.
iur. lætitia enim æque eſt animi motus & eleuatio
ſine ratione atque ira, quę mentis perturbatio ra-
tionis eſt expers: quia homo cũ irraſcitur, extra
ſe eſt, unde iram deponens ad ſe redire dicitur, iux
ta Terentianum illud, Tãdem reprime iram, & ad
te redi. Itaque ſi calore iracundiæ geſtũ, non prius
ratum eſt, quàm ſi animi perſeuerantia apparue-
rit indicium animi fuiſſe, nec facta lætitiæ fer-

nore alicuius momenti fore putabuntur, ueluti
3 ab eo, cui nimio gaudio iudicium ereptum ſit. Accedat quod ebrij contractum nullius eſſe ponderis ſcribentes aſſeuerant. glo. c. vnuſquiſq; .xxij.q.
4 4. uerſi. quòd ebrius: nam ebrij quid loquantur, neſciunt, dum nimio vino obruuntur, & eo ſepulti iacēt. c. ſanè. xv. q. i. l. reſpiciēdū. §. delinquunt, vbi Bart de pæn. Et ebrij teſtamentum uires non habere compertum eſt, Bal. c. à crapula. de uita & honeſt. cle. & in. c. i. in fi. de teſta. neque eius matrimonium ualere dicunt, Deci. conſi. 112. in principio. quia ebrietas ſtatum mentis euertit. c. uinolētum, xxxv. diſtinct. Quare idem de lætante dicendum
5 uidetur, qui ſine ratione exultare dicitur, et in quo ſicut in ebrio impetus et quædam priuatio ſenſuum reperitur, unde Cicero ad Cel. Ruff. ait, Repēte verò inceſſi omnibus lætitijs, in quo cum obiurgaret, quòd nimio gaudio deſiperem, ita me defendebam, ego voluptatem habui nimiam. His addo, lætitiam
6 æquè excuſare debere a contractu, ac dolorem iuſtum dicimus impunitatem afferre delicti. l. Gracchus. ubi glo. C. de adult. contrariorum enim eadem ratio eſt. Præterea argumento huius rei eſt alligatum. c. unuſquiſq;, in illis uerbis, Si tamen periuriū dici poſſit, quod ebrius inter vina iurauerat, quod & iuratus inter ſaltantium choros promiſerat, arguere enim uidetur Ambroſ ,ex quo canō ille integer ſumptus legitur. Herodis iuramentum inter exultantium choros ſaltatrici præſtitum non fuiſ-

ſe ſeruandum, impetu veluti quodam rationeque ab hilaritate erepta factum. Vnde ſi non firmatur iuramentum, quod maximum quidem eſt vinculum, ſemper obſeruandum, niſi contra bonos mores æternamque ſalutem ſit præſtitum, neque contractus huiuſmodi valere dicemus. Ab hac tamen opinione vt recedam, me inducit lex vnica huius tituli, quæ non prohibet ſecundum Accurſium pro publica gratulatione aliquid dari, quanto magis, quod ex cuiuſquam liberalitate procedet, dicendum erit datum locum habere? Deinde nihil amoris furore vehementius reperitur, quem
7 *retinere philoſophiæ eſt perfectæ, in authent. quib. mod. natur. effic. leg. §. illud, verſic. nouimus, vt furere & bacchari eos arbitremur, qui tanquam ad virtutis ſcopulum ſic mentem ad huiuſmodi cupiditates atque libidines appulerunt. §. fina. inſtit. de ſucceſſ. ſubl. At nihilominus inter amantes, inter virum & vxorem donationes prohibitæ fuerunt. l. iij. de don. inter uir. & vxor. vt credamus quia prohibitio acceſſit, eas antea fuiſſe receptas, vnde ſi lætitiæ cauſa facta donatio expreſſe prohibita non reperitur, admiſſa cenſetur, argu. l. quoniam, vbi gloſſ. in verbo anguſtetur. C.*
8 *de heret. & l. i. de teſt. Præterea affectionis cauſa honeſta vel inhoneſta veluti erga benemeritos amicos, vel neceſſarios, aut circa meretrices, aut concubinas collatæ donationes ad irritum non recidunt. l. affectionis. l. donatur. ff. de donat. Ideo*

*publicę lætitię gratia factas donationes nõ infirma
bimus, fortior enim viget ratio amoris & cõcupi-
ſcẽtię, quam lætitiæ prohibẽdę donatur. Neq; mihi
9 cõtraria irę & ebrietatis argumẽta cõcludunt, hęc
enim animũ obruit, & corpus omnino cõficit, iuxta
10 Terentianum illud, neq; pes, neq; mẽs bene ſuũ offi
ciũ facit, & ebrietate grauatos videmus vbi terra
rũ ſint neſcire, & uitã (ut inquit Plato) edormire.
11 Illa uerò inexpugnabilis inuictáque eſt, mẽtem alie
nãs & ſpecies eſt morbi humani, quo infra hominis
ſpeciẽ homo deijcitur, & ex homine brutum quodã
modo redditur, quoniam qui ira uexantur, uel à ne
mine laceſſiti uehementiſſimè iraſcuntur, alte uoci-
ferantur, in obuios irruũt, & ſe ipſos aut alios cę-
dunt, & vt cerebri vel cordis vitio laborant, vel
vna aut altera bili occupantur, efferuet ſanguis, vi
ſus corrũpitur, vt vnum videntes, duo propter ſpi-
ritus motum iudicent vidiſſe, agitantur, inflãman-
tur, & ſuccenduntur, & tanquã demẽtes quãdoq;
reddũtur, quę quidem res gaudio vel nimio affectis
nõ vſuueniunt, quibus eſt mẽs ſana in corpore ſano.
Neque obeſſe poteſt argumẽtatio ex dicto. c. vnuſ
quiſq;, quoniã cũ ſaltationibus & gaudiis cõiuncta
erat epulatio, & vini epoti hilaritas, ſanè diuerſa
à proſperi euentus iucũditate. Multò magis ex his
quę ſuperius paulò tractauimus credẽdum eſt ob pu
blicam lętitiam in publicas cauſas collatũ minimè
12 eſſe reuocãdum. xvij q. iiij. cap. qui opes. Sed ne ex
publica lętitia, Deo ſpõdentẽ voti relligiõe dicemus*

obligari, quoniam Deus cor hominis interrogat, nõ uerba aut manum dantis reſpicit, xiiij.q.v.c.ſi quid inueniſti, & eius palpebræ, ut inquit propheta in
13 *terrogant filios hominũ. Et uoto ut obligemur tria requiruntur. Io. And.de uoto.c.literarum, Delibe ratiò, propoſitum uoluntarium, ſeu conſilium, & promiſſio ſubſequens: ſed in propoſita ſpecie non po teſt dici quis deliberaſſe, nec conſilium promittendi habuiſſe, quia deliberatio eſt capto cõſilio mentis à cogitatiõe liberatio. Verùm dũ in gaudio eſt ani mus, paulo momẽto huc atq; illuc impellitur, ut ne cubi poſſit cogitatione cõſiſtere, Chriſtus niſi vo luntarium ſibi militem aſciſcit, xv.q.i.c.nõ eſt cui*
14 *quã. Preterea votũ eſt alicuius rei licitæ faciendę, uel cum deliberatione animi Deo facta pollicitatio, ut not.in rubr.de voto & Hoſt.in ſum.eod.tit. & ita legibus contineri uidetur, voto minimè obſtrin*
15 *gi, ſicut hoc caſu, aliquid reipu.promittẽs tanquã ſine cauſa, non erit obligatus, l. prima.§.primo, de pollicit. In alterã tamen ſententiã perſpicuę rationes me cogunt accedere, ſcriptum enim eſt, Vouete & reddite, & ſi quid Deo vouiſti, ne moreris redde*
16 *re, pſal.75 Eccleſ. c.v.& poſtquã Deo promiſimus, neceſſario reddere conſtringimur. 17.q.i.ſunt quidam. Neq; obtinere poſſunt argumẽta ſuperio ra, quia votum huiuſmodi tribui non debet incõſul to calori nimię lætitiæ, imo accepti beneficij gratia rum actioni, cùm potius pro futuris impetrandis vota nũcupemus. Vouere enim eſt à Dijs petere, &*
ſecun-

dum definitionē partim ab Orpheo, partim à Plat.
18 *ſumptam. Votum eſt ardens affectus caſti animi Deo deditus, & quod bonum videtur exoptans, & ſi pro ſpe recipiendorum obligamur, quanto magis pro iam receptis obligationis vinculo detinebimur?*
19 *Et ſi contractus iracundiæ calore initus in piis cauſis non reuocatur. 17. q. 4. ſunt qui opes. Roma. ſing. 508. volo. Quid pium magis, quid magis obſeruandum, quam relligioni parere, Deoq́ue promiſſa perſoluere? Et ſi in votis à Deo petendum quod bonum eſt, quid pace melius exoptari poteſt,*
20 *aut recipi? Simili quoque ratione ex pollicitatione in publicam lætitiam reipublicæ factam crederem obligationem comparari. l. ex pollicitatione, de pollicit. At iam ſatis mihi ſuper lætitiæ definitione quæſitum eſſe videtur, vt tantùm ſuperſit illud Platonicum, de leg. v. monere, nunquam nimis*
21 *aut lætitia exultabimus, aut dolore nos deiiciemus, propterea quòd ipſi pareamus Hannibalis Pœni exemplo commoti, qui non minus in ſecundis aduerſa, quam in aduerſis ſecunda cogitabat. Ita enim à riſu nimio & lachrymis eſt abſtinendum, vt lætitia nimia triſtitiaque compreſſa honeſto & mediocri habitu nos contineamus, ſiue in felicitate quempiam dæmon cuiuſquam ſiſtat, ſiue per fortunæ caſus, tanquam ad ardua difficiliaq́ue tendentibus operationibus quibuſdam dæmones aduerſantes inſurgant, ſperare ſemper boni viri debent, munera quæ talibus viris dare Deus ſolet, non deſu-*

tura. Ac ſi qui graues labores inciderint, deũ lenio res eos facturũ, et pręſentia in melius cõmutaturũ, bona vero cõtra omnia cũ bona fortuna ſibi afferre.

SVMMARIVM.

1 Lætitia publica quibus ex cauſis indicatur.
2 Feſti dies vnde proueniunt.
3 Veiouis feſtum quid ſit & quando celebratur.
4 Sacrum refugium quid ſit & quando celebratur.
5 Tẽpeſtas dea quæ dicatur, cur & quãdo celebrabatur
6 Clangorum feſtum apud Hebreos quid & quando & cur celebrabatur.
7 Idem de feſto die Propitiationis.
8 Idem de feſto die Tabernaculorum.
9 Idem de phaſe.
10 Dies feſti deorũ gentilium qui fuerint, & primo de Saturnalium & quomodo inſtituta & quando.
11 Agonalia feſta quæ.
12 Carmentalia.
13 Mulieribus ob pietatẽ honores Romani tribuerũt.
14 Lupercalia feſta.

NVnc quibus de cauſis publica lætitia
1 *promulganda cẽſeatur, ſcribendũ eſt, quod licet ex tituli inſcriptiõe vnà cũ eius vnica lege animaduertere. Nã celebrabatur publica quãdoq; lętitia ob electionẽ cõſulũ, vel principiũ creationem, vel ob victoriã, quã ſibi glorioſam Imperator cõſecutus fuiſſet, vel ob*
2 *pacis oblatã tranquillitatẽ, aut in memoriã accepti à deo beneficij publici alicuius, honorẽue deorũ. Vnde feſti dies celebrari cõſueuerunt quos exẽplis aliquot proſequi operępreciũ fore duxi, vt ſciãt gentes ob pacis optatiſſimę donũ ſe iniuſte facturos, ſi diis dies in perpetuã optimę rei & muneris memo-*

3 *riã nõ dedicabũt.Quandoquidẽ Ethnicos Romanos*
legimus, nonis Martijs Veiouis feſtũ cõcelebraſſe,
cuius rei miſteriũ illud erat,vt Iupiter paruus poſt
quam adultus eſt,in cœlo regnauit, ſic vrbs Roma
parua ab initio,vbi Romulus Aſylũ aperuit, pau
latim coaluit,& ad ſummũ Imperij culmẽ aſcẽdit.
Ideo parui Iouis tẽplũ cõſecrauere eo in loco,vnde
4 *ſumpſit initiũ augumẽti. Et ſacrũ refugiũ .vij.cal.*
Mart.celebrabãt,in memoriã pulſi Tarquinij,dat ę
q́; Populo Rom.libertatis. Colebãt quoq; calẽdis
5 *Iuniis Tẽpeſtatẽ Deã ꝙ pepercisſet Romanorũ claſ*
ſi quę in eo fuit diſcrimine vt apud Corſicã penè ſub
mergeretur.Vnde Romę tẽplũ meruit,quod alij pri
mo bello Punico ei Deæ cõſtitutũ putãt,alij in ſecũ
do, poſteaquã ſęua tẽpeſtas Claudij Conſ.claſſẽ in
vaſtiſſimis locis adorta diſiecit.Vnde Ouid.Te quo
q; tẽpeſtas meritã delubra fatemur,Cũ penè eſt Cor
6 *ſis obruta claſſis aquis.Veteres autẽ Hebrei prima*
die mẽſis.vij.celebrabãt diẽ Clãgoris et tubarũ ob
liberationẽ Iſaac de ſacrificio,pro quo aries fuit im
7 *molatus,vt habetur Geneſ.22.& Leuit.xxiij.&*
Nu.29.Et feſtum Propiciationis decimo eiuſdem
menſis die,quia filiis Iſrael Deus propicitus fuit,
pro peccato uituli conflatilis, Exodi. cap.32. Et
8 *Feſtum Tabernaculorum.xv. eiuſdẽ propter pere*
grinationẽ deſerti, vbi in tabernaculis habitarũt,
vel potius in memoriã quietis,& poſſeſſionis terræ
promiſſiõis,in qua à peregrinatione et tabernaculo
rũ mobiliũ habitatiõe quieuerũt. Vnde ĩ eo mẽſe to
to feſtiuo Dauid cãtari pręceperat Pſalmũ lxxx.

Exultate Deo adiutori noſtro. Iubilate Deo Iacob. ſumite pſalmum & date tympanum pſalterium iucundum cum cythara. Buccinate in Neomenia tuba in inſigni die ſolennitatis veſtræ, & quæ ſequun
9 *tur. Erat etiam Phaſe ſeu paſcalis ſolennitas in memoriam, quãdo cęſis Aegypti primogenitis, Iſraelitæ cum diuitiis eorum libere egreſſi ſunt, exodi. 12.*
10 *In Deorum quoque honorem feſtiuitates fuiſſe concelebratas ſilentio non prætenbo, vt Saturnalia in honorem Saturni inſtituta, quæ menſe Decembri initio à xvi. cal. Ianuar. facto per proximos dies ſeptem peragebantur. In his neque bella ſuſcipiebantur gerenda, neque pœnæ à nocentibus ſumebantur. Sed licebat ſeruis pileatis (quod ſignum libertatis erat) per vrbem libere vagari, atque alea luſitare, & cum ipſis dominis cibum ſumere. Pauperes autem à diuitibus quoque conuiuiis excipiebantur, iidemque viciſſim dona mittebãt. Id quod cùm ex aliis ſcriptoribus, tum ex Martiale præcipue apparet, qui poſtremos ſuos libros illorum titulis inſcripſit. Nec tamen in ipſis ſeptẽ diebus ſeruũ quidpiam priuatũ aut publicũ tractare permiſſum erat, uerũ potare, inebriari, vociferari, ludere, certare teſſeris, creare reges, qui non ſolum ipſis non ferrent vlla ridicula imperata, ſed etiam ipſi aliis imperare poſſent: originem Saturnalium ita Macrô*
11 *bius tradidit, vt ad ipſum lectores reiiciamus. His proxima erãt Agonalia Iani ſacra, quæ quinto Idus Ianuarias celebrabãtur, quorũ inuẽtorem Antias Numã Pompilium refert, auctore Macrobio.*

Erant autem Agonalia, quemadmodum Carmentalia, Lupercaliaque ferię ſtatiuæ certis & conſtitutis diebus ac menſibus celebrari ſolitæ, & in faſtis ſtatis obſeruationibus annotatæ. Quare autem Agonalia & vnde dicerentur, ſatis explicat Ouidius Faſtorum primo,

Quatuor adde dies ductis ex ordine nonis,
Ianus Agonali luce piandus erit.
Nominis eſſe poteſt ſuccinctus cauſa miniſter,
Hoſtia cœlitibus quæ feriente cadit. Et quæ ſequuntur.

12 *Accedũt Carmentalia in honorem matris Euandri. xviij. cal. Febru. Item Porrinæ & Poſtuertæ quas conſtat etiam appellatas fuiſſe Carmentes. Eſt autem ſciendum Porrinam, quam etiã Proſam & Anteuortam dicunt, & Poſtuertam diuinitatis aptiſſimas comites (vt inquit Macrobius) habuiſſe vim noſcendi illam prꝗterita, hanc futura, quas Ouidius putat, vel ſocias vel ſorores fuiſſe Carmentis, cui duo fiebant ſacrificia; vnum, vt pueri, alterum, vt puellę feliciter naſcerentur, qui honor idem ſolebat Carmenti ac ſororibus ſiue comitibus adhiberi, quòd matronæ carpentorum, quibus olim vehebantur, honore ſublato curauerunt, ne maturi partus in lucem æderentur. his enim hunc*
13 *honorem à ſenatu habitum legimus vt plauſtro ad ſacra ludoſque carpentis feſto profeſtoque vterentur, quibus etiam & illud Romana maieſtas impertita eſt, vt earum ſicut virorum poſt mortẽ ſolen-*

nis laudatio eſſet, quod item, ex virtute natum ac pietate eſt. Siquidem cum mittendum eſſet ad Delphicum Apollinem munus ex Camilli voto, nec foret auri tantum in vrbe, mulieres ſponte corporis ornamēta contulere, auctore Plutarco in Camillo,
14 *& Liuio. Obſeruabantur Lupercalia quoq;.xij. Cal.Mart. in honorem Panos, in quibus nudi Iuuenes Lyceum Pana venerantes per luſum ac laſciuiam currebant, quibus mulieres palmas caprinarum pellium ſcuticis cædendas præbebant, perſuaſum habentes pregnantibus pariendi, ſterilibus autem concipiendi facultatem afferre, vnde illud eſt Iuuenalis. Nec prodeſt agili palmas præbere Luperco. Lupercaliorum originem nonnulli Romulo ac Remo tribuunt, qui (vt Mar.v.ſcribit) ſolēnitatis huius morem tunc inchoarunt, cum lætitia exultantes, quòd eis auus Numitor Rex Albanorum eo loco vbi educati fuerant, vrbem condere permiſerat facto ſacrificio cæſiſque capris epularum hilaritate & vino largiore prouecti, diuiſa paſtorali turba, incincti pellibus immolatarum hoſtiarum obuios iocantes petiere, ſcribit, & idem fere Buccas, quem fabulari Plutarchus exiſtimat. Ait enim, interempto Amulio Romulum ad eum locum cum lætitia cucurriſſe, in quo infantibus lupa mammā ſubmiſerat, memoriamq; illius curſus Lupercaliorū celebritate referri. Sed vulgatior fama tenet Euādrū hoc ſolēne ex Arcadia in Italiā attuliſſe, quod Plut. Iuiuſq; et pleriq; alij ſcribūt, cui Faunus (teſte*

Iuſtino) et agros & montẽ, quẽ ille poſtea Palatinũ appellauit benignè dicitur aſſignaſſe, in cuius radicibus tẽplũ Lyceo, quẽ Græci Pana, Romani Lupercal. appellãt, cõſtituit, cuius Dei ſimulacrũ nudũ caprina pelle amictũ erat, quo habitu Romæ (vt idẽ auctor) Lupercali ſic currebatur. In his moris fuit vt capræ iugularẽtur, ſiſterentq; ibi duo adoleſcẽtes, quorum frõtes alij cultro ſanguine perfuſo tingerẽt, alij ſtatim lana lacte madente abſtergerẽt, ea lege vt abſterſos adoleſcentes ridere oportet, qui deinde inciſis in corrigias caprarũ pellibus diſcurrẽtes obuios verberabãt, quarũ rerũ cauſas quæcũque afferri poſſunt Plutar. docet in Romulo. Propriũ ac ſuũ præterea fuit vt Luperci canẽ immolarẽt, vel expiationis gratia, quod Græci canẽ ad expiandũ adhibere ſoliti eſſent, vel ad lupæ gratiam, quę Romulũ & Remũ nutrijſſe dicitur, cui nõ immerito iugulabatur animal lupis inimicum, vel quia Pani ſacrificiũ fit, cui propter greges amicus eſt canis. Ab ea lupa nonnulli lupercalibus nomẽ inditũ volũt: vnde luperci inde curſum incipiebãt vbi Romulũ feris expoſitũ inuenerunt. Eſt enim lupercal ſpelũca ſub mõte Palatino (teſte Seruio) in qua de capro luebatur. i. ſacrificabatur, vnde lupercal nõnulli dictũ putant (vt ait Quinti.) quaſi luere per caprũ. Alij quod illic lupa Romulũ Remumq; nutrierit. Alij, quod eſt veriſimilius, locũ hunc eſſe ſacratum Pani Deo Arcadię, cui etiã mons Lyceus in Arcadia eſt cõſecratus, et dictus, quòd lupos nõ

ſinat in oues ſæuire, Lupercale ſacrum Auguſtus paulatim abolitum reſtituit, ſuſcepto pontificatu (vt ait Suetonius) vetuitque lupercalibus currere imberbes.

SVMMARIVM.

1 Feriarum genera ſecundum antiquorum ritum & ſtatiuæ feriæ quæ fuerint.
2 Conceptiuæ feriæ declarantur.
3 Latinę item feriæ.
4 Paganalia.
5 Sermentiuæ.
6 Compitalia.
7 Imperatiuæ.
8 Nundinæ.
9 Feriæ familiares.
10 Feriæ ſingulorum.
11 Feriæ qualiter obſeruabantur.
12 Feriæ noſtræ priſcis comparatæ.
13 Feriarum diſtinctio ſecundum legum & ſacrarum literarum authores.
14 Feria aliter à ſacris, aliter ab humanioribus authoribus accipitur.

1 *SEd quia nos ad feriarum commemorationem ordo deduxit, & ferias, quas ſuper nominauimus ſtatiuas eſſe meminimus, de reliquis quoque tribus feriarum publicarum generibus pauca dicenda ſunt, iuxta veterum & Neotericorum obſeruationem, & inſtitutionem. Diximus enim ſtatiuas vniuerſi populi communes certis ac conſtitutis diebus, ac*

menſibus, & in faſtis ſtatis obſeruationibus annotatas fuiſſe, in quibus præcipue Agonalia, Carmentalia, & Luperalia ſeruabantur. Erat alterum fe
2 *riarum genus, quæ conceptiuæ nuncupabantur, quoniam quotannis à magiſtratibus vel ſacerdotibus concipiebantur in dies vel certos vel etiam incertos, vt ſunt Latinæ, Paganalia, Sementinæ vel*
3 *etiam Compitalia. Latinæ fuerunt ſacrificia Ioui conſtituta, ex Latinis populis dicta, quibus ex Albano monte ex ſacris carnem petere ius fuit, cum Romanis (vt inquit Varro) & oſtendit Cicero pro Plãco his verbis, Quibus ex municipiis vix iã qui carnẽ Latinis petãt, inueniũtur. & de Diuinat. Cũ tumulos Albano in mõte niuales luſtraſti & lęcto mataſti lacte latinas. In Latinarum feriis quadrigæ certabãt in Captilio, victorq; abſinthiũ bibebat, ſanitatem præmio dari honorificè arbitratis maioribus. Has celebritates per triduum fieri ex Plutarcho accepimus in Camillo, dum ſcribit poſt res feliciter à Camillo geſtas celebritatibus quas Latinas vocant, addita vna die per quatriduum ſo-*
4 *lennitate, inſtitutas. Paganalia erant ruſticorum feſta, Sementinæ inſtitutę ferię erant, vt maiorem*
5 *ſementem facere poſſent. Ideo Ouidi. Faſto. 1.*

Ter quater euolui ſignantes tempora faſtos,
Nec Sementina eſt illa reperta dies.
Cùm mihi ſenſit enim lux hęc indicitur, inquit,
Muſa quòd à faſtis non ſtata ſacra petis.
Atque dies incerta ſacris, ſic tempore certo,

Seminibus iactis eſt vbi fœtus ager.

6 *Compitalia feſta ſunt, quę in cõpitis peragebantur, & compita litius dies in quo cõpitalia celebrabantur & Deus qui compitis praeeſt, horum ludos Tarquiniusinſtituit Laribus ac Maniæ lariũ matri. Cauſa inſtitutionis fuit vt Plinius refert, Tarquinio Priſco regnante tradunt repẽte in foco eius genitale apparuiſſe, è cinere maſculini ſexus, eamq; quæ inſederat ibi Tanaquilis Reginæ ancillam Ocriſiam captiuam conſurrexiſſe grauidam, ita Seruium Tullum natum, qui regno ſucceſſit. Inde & in regia cubanti puero caput arſiſſe viſum, creditumque laris familiaris filium, ob id compitalia & ludos laribus primùm inſtituiſſe, vnde inquit Ouid. Faſto ſexto.*

Nanque pater Tulli Vulcanus, Ocriſia mater,
Præſignis facie Cornuculana fuit.
Hanc ſecum Tanaquil. ſacris de more peractis,
Iuſſit in ornatum fundere vina focum.
Hic inter cineres obſcœni forma virilis,
Aut fuit, aut viſa eſt: ſed fuit illa magis.
Iuſſa foco captiua ſedet, conceptus ab illa
Seruius, ex cœlo ſemina gentis habet.

7 *Imperatiuæ feriæ ſunt, quas cõſules vel prætores*
8 *pro arbitrio poteſtatis indicunt. Nundinæ ſunt paganorum, id eſt, ruſticorum, quibus conueniunt negocijs proprijs vel mercibus prouiſuri. Sunt prętere a*
9 *feriæ familiarum propriæ, vt Claudiæ familiæ, vel Aemiliæ, & ſiquas ferias proprias quæque fami-*

10 *olia ex vſu domeſticæ celebritatis obſeruat. Sunt*
quoque ſingulorum, vt natalium fulgorumque ſu-
ſceptiones, Virgilius, Phyllida mitte mihi meus
11 *eſt natalis Iola. Hæ verò feriæ omnes, aut cum fe-*
ſto fiebant, vt Saturnalia, aut ſine die feſto vt nun
dinæ, dictæque feriæ à feriendis victimis, vel ab
epulis ferendis. In iis enim epulæ fiebant ex peco-
rum frugumque prouentu. Hodie nos ſtatiuas fe-
12 *rias appellare poſſumus feſta fixa & immobilia ſecũ*
dum Eccleſiæ conſuetudinem. Conceptiuæ verò fe
riæ nobis erunt feſta, quæ mobilia dicuntur, Impe
13 *ratiuæ nunc erunt feſta extraordinaria. Doctores*
noſtri diſtingunt ferias in repentinas & ſolennes,
illas Imperator indicit repente propter victoriam,
vel vxorem ductam, vel ob res feliciter geſtas, vt
l.1.C.de feriis. Harum quædam ob Dei reuerẽtiam
indicuntur, vt dies Dominicus, & feſtiuitates glo
rioſſimæ Virginis & aliorum ſanctorum.l.ij.C.de
feriis. Aliquæ ob honorem principis vt dies na-
talis ſuus, & initij imperij.l.omnes.C.eodem. Ali-
quæ quoque ruſticæ dicuntur, vt meſſium, & uindæ-
miarũ.l.1.ff.eo.& notat glo.c.fru.extra de feriis.
14 *Illud præterea minimè omittendum eſt, dictionem*
feriã à ſacrorum rerum ſcriptoribus aliter etiã ac
cipi, ſiquidem quos Hebræi dies primam ſabbati, ſe
cundam ſabbati, tertiam, & deinceps ſabbati quar
tam & quintam & paraſceuem vocabant, & à
Syderibus & planetis Solis, Lunæ, Martis, Mer-
curij, Iouis, Veneriſque dies ethnici denomina-

nabant, Eccleſia 1.2.3.4.5.& 6. ferias appellat beati Sylueſtri decreto, tametſi prima feria Dominicæ nomen aſſumpſerit, ob celebritatis excellentiam & dignitatem, vt de his & earum ratione Gulielmus Durandus diſſerit, de diuinorum officiorum lib. ſeptimo, cap. 1. ſub. litera. E. & ſequenti.

SVMMARIVM.

1 Feriæ an & quomodo indici poſsint à populo ſine conſenſu Pontificis.
2 Ferias quas poſsit iudex indicere & quas princeps.
3 Quid agere liceat in feriis.
4 Opus pium & vitæ humanæ vtilę in feſtis eſt licitum ſiue pro humana ſalute, aut animalium brutorum, aut pro vitando malum fiat.
5 Opus etiam neceſſarium eſt licitum, vt quãdo alias tempore res omnino periret.
6 Appellare etiam licet.
7 Poteſt etiam procedi quando alias iuriſdictio eſſet tempore peritura.
8 Item quando dubitatur de fuga debitoris poteſt ea die capi.
9 Item quãdo res celeritatem exigit, tunc fieri poteſt.
10 Opus etiam publicam vel priuatam aliquam maximam vtilitatem requirens.
11 Opus publicum fauorem concernens.
12 Cognitio cauſę ſuper eo ꝙ vox vnius ex magiſtris ſcholarum impedit vocem alterius licita eſt. Itẽ ſuper eo quòd ſtrepitus artificum impediat ſcholarem ſtudentem vel iuriſcon. interpretantem.
13 Res ad pacem & ad concordiam ſpectans eo die expediri poteſt.
14 Item res pietati conueniens.

15 Item generaliter vbicumque animę detrimentum verſatur, vel periculum eſt in mora.
16 Cur feſti dies fuerint inducti.
17 Muſarum & Appollinis & Muſicę inuentio cur fuerint.

1 *VErùm hoc in loco non ab re fiet quæſtio an populo feſtiuitatem liceat indicere in honorem Dei, abſque Pontificis conſenſu. Et videtur poſſe. c. quoniam. §. prçterea, extra de fer. vbi dicitur quòd conſuetudo Romanæ Eccleſiæ Trinitatis feſtum non celebrat, quod tamen ſecundum conſuetudines diuerſarum regionum diuerſis temporibus celebrari conſueuit. Accedit argumentum ex. c. Illud. xij. diſtinct. vbi dicitur traditiones Eccleſiaſticas, præſertim quæ fidei non officiunt, ita obſeruandas, vt aliquorum conſuetudo aliorum contrario more non ſoluatur, & in eadem diſtin. c. Illa, quod neque contra fidem, neque contra bonos mores eſſe conuincitur, indiffe renter habendum eſt, & pro eorum t, inter quos vi uitur, ſocietate ſeruandum eſt. Ergo ſi quæ in honorem Dei feriæ indicentur, permiſſæ cenſebuntur, quia vnaquæque prouincia abundat in ſenſu ſuo, ſeptuageſimaſeptima diſtinctione. c. vtinam.*

Contrarium arguit. l. à nullo. C. de ferijs, vbi dicitur, ſoli principi licere ferias cōdere, & l. ſi in aliquam, vbi glo. in verbo dare, de offic. proconſ. vbi datas poteſt Proconſul ferias confirmare, non no-
2 *uas dare, & l. præſides. ff. de fer. Deſcendo tamen*

in alteram ſententiam, ſi temperetur interpretatio ne Abba. dicto c. quoniam, num. 2. id eſt, vt inconſulto Romano Pontifice, interueniente tamen Epiſcopi conſenſu, poſſint in Dei honorem feſtiuitates condi. Quod autem dicitur Iudices nullas ferias indicere poſſe, de repentinis intelligimus, quæ ob publicam gratulationem promulgẽtur. Et ideo ſupremæ principis poteſtati reſeruantur, licet ipſo facto ſæpenumerò contrarium obſeruatur, ſecundum. Io.
3 *And. & Anch. d. c. quoniam, nu. 9. Sed in feriis quid rerum agere liceat diſcutiendum eſt, & priſcus quidẽ Romanorum ritus ferias pollui affirmabat, ſi indictis conceptiſq; opus aliquod fieret. Præterea regem ſacrorum flamineſq; nõ licebat videre feriis opus fieri. Et ideo per præconẽ denunciabant nequid tale ageretur, & præcepti negligens mulctabatur, præter mulctam verò affirmabant eum qui talibus diebus imprudens aliquid egiſſet, porco piaculum dare debere, prudentem expiare non poſ*
4 *ſe Scæuola Põtifex aſſeuerabat. Sed Vmbro negat eum pollui qui opus uel ad eos pertinens ſacrorum ue cauſa feciſſet, uel aliquid ad urgentem uitæ utilitatem reſpiciens actitaſſet, Scæuola denique conſultus quid feriis agere liceret, reſpondit, quod prætermiſſum noceret. Quapropter ſi bos in ſpecum de cidiſſet, eumq; paterfamilias adhibitis operis liberaſſet, non eſt uiſus ferias uiolaſſe, nec ille qui trabẽ tecti fractam fulciendo ab imminenti liberauit ruina, quod & diuina inſtitutione traditum*

eſt, dum Chriſtus obiurgaretur, quod dies feſtos non obſeruaret, vnde & Maro omnium diſciplinarum peritus ſciens lauari ouem, aut lanæ purgandæ aut ſcabiei curandæ gratia, pronunciauit tunc ouem per ferias licere merſari, ſi hoc remedij cauſa fieret, Balantumque gregem fluuio merſare ſalubri, adijciendo enim ſalubri, oſtendit auertendi morbi gratia tantummodo, non etiam ob lucrum purgandæ lanæ cauſa fieri conceſſum, ſicut & alia quædam fieri docet fuiſſe permiſſa his verſibus.

Quippe etiam feſtis quędam exercere diebus,
Fas & iura ſinunt, riuos deducere nulla
Relligio vetuit, ſegeti prętendere ſepem,
Inſidias auibus moliri, incendere vepres.

Vt noſcamus neceſſitate religionẽ parere, neq; dif
ferre à veteri inſtituto, leges Imperatorias permit
tentes ruri poſitos agrorum culturæ, libere licen-
terque inſeruire, quoniam frequenter euenit, vt
non aptius alio dię frumenta ſulcis, aut vineæ
ſcrobibus mandentur, ne occaſione momenti pe-
reat commoditas cæleſti prouiſione conceſſa. l.
5 *omnes iudices. C. de feriis. Ideo concludendum eſt,*
quoties neceſſitas vrget, feſtis diebus operari li-
cere, vt quia res ſit tempore peritura, cap. licet,
6 *de fer. Et ideò appellatio interponi poteſt. l.*
7 *1, C. eodem, & in negocio iudiciali procedi ſi*
iuriſdictio citò ſit finem habitura, cap. fina. vbi
Abbas. de Iud. l. 1. §. fina. cum ſequenti. ff. eodem.
8 *Alex. conſ. 30. nu. 3. Et propter fugæ periculum*

quis capi poteſt debitor, & in carcerem mitti, Bar. l. ait prætor.§.ſi debitorem, de infam. vel quia res
9 *celebritatem exigat.l.1.de dam.infec.vel priuata*
10 *aut publica vtilitas id maxima fieri requirat, puta famis & alimentorum, nam Apoſtolis in ſabbato permiſſum fuit ſpicas vellere, vt manducarent, Math.cap.xij. & d.c.licet, vbi Barb.in apoſtillis*
11 *ad Panormit. Vel publico fauori conueniat, quia iudicij inſtãtia, vel iuriſdictio ſit tempore peritura, ſententia proferri poterit, non tantum propter rem quæ non poſſit ſeruari, vt d.c.fin. ſed etiam quia fauor publicus verſatur, ne inſtantia excidat, Bart.l. Seius Augerius in fine.ff.ad Treb.& not. Sicul.d. c.fin. Idem dicendum quando præceptor, iuxta alterius magiſtri ſcholas conduxiſſet ſcholas adeo vicinas, vt vnius vox alterum impediat, primus appellat vltimum, l.vnic.C.de ſtud.lib.vrb.Rom. Idem quando faber domum habet conductam pro-*
12 *pe ſcholaris aut Iuriſconſulti ædes, vel publicas ſcholas, eoſque maleorum ſtrepitu obtundit, vt ſcribitur.l.1.ſolu.matrim.& concluditur fabrum expellendum eſſe, conſiderato loco & conſuetudine, quia publicæ vtilitatis gratia fiet interpretatio pro ſcholare, vel doctore ſecundum Sicul.d.c. fina. Et in huiuſmodi cauſis procedi poterit etiam feriatis in honorem Dei. In Tholoſ.deciſ.158.&*
13 *159 & ibi in addit. Item ſi res ad pacem concordiamque pertineant, c.1.de fer.& l.fin.C.eodem.*
14 *Itẽ ſi pietas ſuadeat, vt pupillis tutores, vel alimenta*

menta decernantur, Feder.conſil.xi. & latius glo. & Docto.d.cap.fin.de feriis. Vt concludamus feſtos dies non pollui, ſiue quid fiat, quod circa temporalia verſetur, vt ſupra dixi, & exemplo eſt.
15 *l.prouinciarum.C.de feriis, vt puniantur lationes Siue circa ſpiritualia ſit, vbicunque in mora periculum eſt animarum, quæ cunctis rebus temporalibus ſunt præferendæ.xij.q.1.præcipimus. l.ſancimus.C.de ſacroſan.Eccleſ. Non præteribo pro calce huius articuli, quod ideo his temporibus ab omnibus ſeruilibus operibus ceſſare debemus, ſicuti religio noſtra præcipit; ſed incumbere diuinis congruit, quia vt inquit Plato de legibus.2. Dij genus*
16 *hominum laboribus natura preſſum miſerati haud ab re in laborum remiſſionem ſolennia illis ſacra feſtaque in ipſorum Deorum honorem inſtituerunt.*
17 *Muſas quin etiam & Apollinem Muſarum Ducem ad hæc concelebranda adhibuerunt, qui morum laſciuiam emendarent, & naturam motionis auidam per muſicam motionum rationem moderarentur, honeſteque delectarent.*

SVMMARIVM.

1 Publica lætitia quibus modis ſolebat celebrari.
2 Triumphus quid ſit.
3 Honores etiam alios quam triumphum ſolebant Romani tribuere merentibus.
4 Coronæ fuerunt honorum gratia conſtitutæ.
5 Obſidionalis corona quæ nam fuerit & quomodo fieret & quibus donabatur.

6 Ciuica etiam corona.
7 Muralis corona.
8 Caſtrenſis.
9 Naualis.
10 Coronarum in ludis & conuiuiis uſus varius & qui.
11 Coronarum inuentores.
12 Coronarum uſus cur in conuiuiis fuerit.
13 Coronarum genera quæ in uſu fuerunt explicantur.
14 Quæ laudentur & quæ improbentur coronæ.
15 Coronarum vſus cur in conuiuiis.
16 Cleopatræ ſolertia in Antonium ex conuiuali corona adhibita.
17 Vnguentorum uſus ex floribus in conuiuiis.
18 Vnguenta & coronas quis primus in conuiuiis habuerit.

1 *Nunc uerò ut nihil inſtituto operi deſit modi ſuperſunt explicandi, quibus pu blicam lætitiam concelebrari ſolitum erat, quos ex uaria potui lectione co gerere, hic deſcribam, & uarios quidem proponi Imperator in auten. de conſulibus. col. 4. oſtendit que Polybius lib. 1. Carthaginenſes rebus ex ſent. tia feliciſsimè geſtis, nullum lætitiæ genus præterm ſere, ſiue in agendo Dijs gratias, uictimaſque pa trio ritu immolando, ſeu in faciendis ludis, dandiq́ que & accipiendis muneribus. Nos ut à ſublimio ribus & dignioribus exordiamur, de Triumpho in primis, qui pro parta uictoria decerni conſueuerat plura enarrabimus. Quid ſit Triumphus, unde*

nomen duxerit, quis primus inuenerit, quando ha beri poterat, quomodo ageretur, demum quotu-
2 *plex ſit. Eſt igitur honorum omnium Triumphus, qui à Populo Romano dari ſolebant, maximus Im peratori ob occiſorum hoſtium multitudinem, atq; uictoriam ſoli conceſſus Hanc definitionem ſuo genere et differentiis conſtare apertum eſt, et quia multis honoribus meritos Ciues Romanus populus proſequebatur, dixi maximus in definitione, ple rique honores militibus etiam tribuebantur ab Im peratoribus quos paulò inferius attingam, et pro pterea definiui à populo Romano. Et quoniam ho norum amplitudines & ornamenta preter trium phum re bene geſta Imperatoribus habebantur, po*
3 *ſui ob occiſorum hoſtiũ multitudinem. Honoribus ſiquidem aliјs Romana maieſtas ciues pro ſuis me ritis proſequebatur, ut Horatio Cocliti pro inſigni uirtute ſtatuam in comitio poſuit; cui etiam de pu blico donatus ager fuit, quantum uno die circun ducto aratro poſſet complecti: Mutio quoque Scæuo læ uirtutis cauſa trans Tiberim ager dono datus, quæ poſtea ſunt Mutia prata appellata. Et Minu tius delator Meliј boue aurato donatus eſt, & Ca millo Cæſariq; Dictatori, et innumeris aliis ſtatuæ uel togatæ uel ſine tunicis, uel loricatæ, aut eque ſtres priuatim & publicè ſublatæ fuerunt, quẽad modum lib. 34. Plinianæ hiſtoriæ memoria prodi tum eſt. Quinto Fabio Maximo. S. P. Q. R. coro nam gramineã dedit, bello Pœnorum ſecũdo, quòd*

vrbem obſidione hoſtium liberaſſet. E fronde quer
na quæ Ciuica appellabatur Corona, Lucius Gel-
lius vir Conſorius, in Senatu Ciceronem conſulem
donari à republ. cenſuit, quòd eius opera eſſet atro
ciſſima illa Catilinæ coniuratio detecta vindicata-
que. Nam multifariam erant honoris gratia Co-
ronæ ab Imperatoribus militibus conſtitutæ, Obſi-
dionalis ſiquidem, qua donabatur, à liberatis obſi
dione abominandoque exitio totis caſtris Dux,
5 *qui obſidione liberauerat, ea corona graminea fuit*
obſeruarique ſolitum, quòd fieret viridi è grami
ne, quod in eo loco generatum eſſet, intra quem
clauſi erant, qui obſidebantur. Nanque ſummum
apud antiquos victoriæ ſignum erat, herbam porri
gere victos, hoc eſt terra & altrice ipſa humo, &
humatione cedere, omnis quidem fuit corona gra-
minea dignitate poſterior, nec vlla fuit illa nobi-
lior, in maieſtate populi terrarum principis gem-
matæ & aureæ vallares, murales, ciuicæ, trium-
phales poſt hanc fuere coronæ, ſuntque magno in-
teruallo magnaque differentia, cæteras omnes ſin-
guli, & duces ipſi, Imperatoreſque militibus aut
aliquando collegis dedere, hanc ſolam miles Impe
ratori. Quòd ſi ciuicæ honos vno aliquo ac vel hu-
millimo ciue ſeruato præclarus ſacerque habetur,
quid tandem exiſtimari debebat vnius virtute ſer
uatus vniuerſus exercitus? qui poſtea hac decorati
fuerunt, referenti Plinio, ſcire cupido, relego. lib.
6 *xx. ciuica verò corona dicebatur, quam ciuis ciui,*

à quo ſeruatus erat in prælio teſtem vitæ ſalutiſq; perceptæ dabat. Frondea ea fuit & querna, quoniam cibus victuſque antiquiſſimus quercus capi ſit ſolitus, huic additæ leges arctæ, cùm tantum dari ſolita fuerit, cùm is qui ciuem ſeruauerat, eodem tempore & hoſtem occiderat, neque locum in ea pugna reliquerat, vtque ſeruatus fateretur, aliter teſtes nil proderant: ò mores præclaros, qui tanta opera honore ſolo donauerint, & cùm reliquas coronas auro commendarent, ſalutem ciuis in precio eſſe noluerint, clara profeſſione, ſeruari quidem hominem nefas eſſe lucri cauſa. Murali corona di-
7 gnus videbatur, qui primus murum ſubiiſſet, in oppidumque hoſtium per vim irrupiſſet. Iccirco qua-
8 ſi muri pinnis decorata erat, Caſtrenſis qua donabat eum Imperator, qui primus hoſtiũm caſtra pugnans introiuiſſet, & inſigne valli habebat, quæ
9 & vallaris dicebatur. Naualis quaſi nauium roſtris inſignita, maritimo prælio donabatur, ei qui primus in hoſtium nauem vi armatus tranſiliuiſſet, hæc etiam roſtrata nuncupabatur, tres hæ poſteriores fieri ex auro ſolebant, cedentes tamen querceæ quanquam prætio antecederent. De triumphali & Ouali paulo poſt dicemus, ſed poſtquam de coronis ſermo nobis incidit, quod à plerìſque de vario vſu earum in ludis & conuiuiis relatum inuenimus, dignum ſanè viſum eſt, quod hoc loco apponere-
10 retur. Igitur qui fabuloſas res perſecuti ſuis eas voluminibus deſcripſerũt, coronarum in ludis eam

fermè originem fuiſſe tradiderunt. Prometheũ cùm Ioui Parcarum ſortem patefeciſſet de Thetidis filio, quem patre illuſtriorem ampliorem que futurũ cecinerant, ab eo uinculo liberatum percenſent, ea tamen lege, ut annulũ lapide & ferro compactum geſtaret, ne omnino pœna exolutus uideretur, quod & annulorum initium agnoſcitur, primum, ſimul etiam coronam habuiſſe ſcribunt, ut ſe uictorem impune peccaſſe oſtentaret; quo factum ſit, ut in maximis lætitijs uictores coronis inſigne uiſendum caput circonferrent. Id quod in ludis conuiuijſque licet etiam animaduertere. Initio ergo tam tenui illuc etiam ambitio progreſſa eſt, ut non hi modo qui in Gymnicis certaminibus certarent, ac uincerent, corollas acciperent, ſed etiam præcones, cum cæteris coronas impoſuiſſent, uictoribus eorumq; magna uoce nomina pronuntiaſſent, cùm & ipſi ante ludorum miſſionẽ corollis itidem donari ſolerent, alium adhibebant præconem, ne ſua uoce ſe ipſos uictores pronuntiarent. Quin & ſcena quoque eius honoris expertem ſe diutius non eſt paſſa, quãdo & qui maxime placuiſſent actores coronis cingebantur. Id quod etiam feſtiuiſsimus Comicorum latinorum Plautus his uerſibus ſignificat ex Amphitrione.

Siue ambiſſent qui palmam hiſtrionibus
Siue cuiquam artifici, ſeu per ſcriptas literas,

11 Legimus apud eruditos illud quoq; ab Iano bifrõte coronas excogitatas primum. In grecia tamen

earum auctorem primum fuiſſe Stephanum, quo argumento etiam Grecorum lingua rei ſit conciliatum nomen, nam in noſtris literis dici à corono coronas bitrantur. Alij liberum patrem meminere inuentorem, corollas porrò compotantium fuiſſe, non eſt qui neſciat, nam & Ouidius.

Ebrius iniunctis Philyra conuiua capillis,
Saltat, & imprudens utitur arte meri,
Sed & Valerius Martialis,
Pinguęſcat nimio madidus mihi canus amomo,
Laſſenturq; roſis tempore ſubtilibus. et Horatius,
Non deſint epulis roſæ,
Neu uiuax apium, nec breue lilium.

12 *Sunt qui eam huius rei proferant rationem, quod coronis ornato in conuiuijs capite frigeſceret cranium nimio plus uino iam calens, unde apud Maronem coronatam legimus Crateram, & coronata uina, ſiue quod potantes coronis uterētur, ut ex Horatianis uerſibus dephendere licet, Teucer Salamina patremque cum fugeret, tamen uda lyeo Tempora populea fertur uinxiſſe corona. Siue quòd pateras uſque ad coronam implerent, & totum haurirent uinum, ſiue quòd homines uel conuiuæ in corona circonſtantes unus poſt alium biberent. Id quod uidetur innuere Virgilius, his uerſibus.*

Poſtquàm prima quies epulis, menſæque remotæ,
Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant,
Fit ſtrepitus tectis, uocēque per ampla uolutāt

Atria, dependent lychni laquearibus aureis
Incenſi, & noctem flammis funalia vincunt
Hic regina grauem gemmis, auroq; popoſcit,
Impleuitq; mero pateram, quã Belus & omnes
A Belo ſoliti, tum facta ſilentia tectis,
Iupiter (hoſpitibus nam te dare iura loquũtur)
Hunc lætum, Tyriiſque diẽ, Troiaque profectis
Eſſe velis, noſtroſque huius meminiſſe minores
Adſis lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno,
Et vos ò cœtum Tyrij celebrate fauentes,
Dixit, & in menſa laticum libauit honorem,
Primaque libato ſummo tenus attigit auro,
Tum Bitię dedit increpitans ille impiger hauſit
ſpumantem pateram, & pleno ſi proluit ore,
Poſt alij proceres.

13 *Cæterum in conuiuiis vel floreas vel frondeas coronas adhibitas fuiſſe accepimus, floreas plerique deteſtabantur, laureas amplexabantur gratius, illas enim putabant puellares, ludentibuſque virgunculis aptiores, ac mulieribus, quam phyloſophico congreſſui, hominumque à muſis non ſequeſtratorum dignitati. Alij verò ex foliis coronas improbant omnino, nam & Empedocles teſtatur lauri*
14 *à foliis abſtinendum, neque enim decere aiunt hominem ornari arborum deformitate, violenter, præterque naturæ rationem direptis foliis. Cur enim hæc data plantis opinemur, niſi fructuum tutelæ? atque vt ipſę quoque caloris, frigoriſque vim pro ratione admittentes confoueantur? vt temporum*

mutationes citra perniciem ferre valeant? At exutas arbores vlceroſum penè contrahere nocumentum fierique earum indecoram nudationem. E diuerſo florum nō decerptorum quænam eſſe vtilitas poteſt? niſi odore paſcaris, exhibeasque oculis ex eorum non imitabili varietate voluptatem iucundiſſimam? iucundiſſimam inquam, quia ſimplex, quia naturalis, nec vllo impedimento noſtro conſiſtit, vnguenta forte deteſtemur, deteſtemur item purpuram, ob quam inſtruendam multam reponimus impenſæ iacturam, tanquam doloſa indumenta, doloſosque calores & odores. Adde, quòd ſi non præcerpſeris flores, momento conflaceſcunt, prorſuſque gratiſſimum alioqui opus naturæ perire videtur, nullo cuiuſquam emolumento. Proinde qui ex foliis magis quam floribus coronas contexuiſſe malunt (inquiunt) ſimiles barbaris uidentur, quibus conſutæ pelles gratiorem præbent ueſtium uſum, quàm lanæ ſunt qui audire potuerunt corollam ex roſis dici Muſarum eſſe. Succurrit profectò parte hac ueterum ingeniorum mirari diligentiam neque enim ſimpliciter, ſed ſumma uidentur ratione coronas in conuiuijs inſtituiſſe. Siquidem Aſclepiadem Dionyſium legimus, cùm uinum comperiſſet, potentisſimum utique medicamentum ſimul & iucundisſimum, habitum inde fuiſſe non incelebrem medicum. Quod item diſcumbentes qui ſe forte pluſculum ad bibendum inuitarent, hederea ornaſſet corona, quę inſita frigiditate uini potentiam

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

retunderet, minuſque inde bibentes afficerẽtur, ebrietatis violentia reſtricta hederæ ui frigorifica. Cæterum eadem ratione in conuiualem admiſſæ creduntur lætitiam, ex floribus corollæ, perdocent exprimenta, qua vi ſenſus concutiantur, vbi hauſti liberius meri vapor hominis arcem cæperit pulſare, quando initium inde habere ſenſus creditur, mirum eſt, quantum in eo ſtatu afficiamur. Præterea ſapientum curioſa ſolertia ſciens eſſe in rerum natura antipathiam, quando nihil placuit eſſe ſine pari, flores eſſe capiti circumponendos præcepit, quorum defluxus mirabiliter illud aduerſus latenter graſſantis ebrietatis impetum obſepiret, communiretque, calidi ſiquidem poros ſeu meatus patientiores reddunt, frigidi verò ſua poteſtate ita contemperant, vt ſcandentes repercutiant vapores, ſicuti roſa atque viola, ſubſtringit enim vtranque reprimitque capitis grauitates. At Cypri, id eſt, liguſtri flos, ac Croccus, & Baccaris in ſuauem vertunt ſoporem bibentes, lenis quippe eorum defluxus ac blandus inæqualitateſque corporis ebriorum & aſperitates tranquille diffundit, vnde fit vt crapuloſa hebetentur, perficianturque: Porrò & florum quorundam odoribus in ambitu cerebri fuſis ſenſorij repurgantur meatus, & quod humectum eſt, attenuatur leniter ſine commotione vlla, caloris facultate digeſtum, quin & frigidum ſuapte natura cerebrum refouetur, Deinde quàm ſcelera-

16 *tam conuiuali coronæ Cleopatra ſolertiam adhi-
buerit, ex Pliniana officina libet referre. Nanque
apparatu belli Actiaci gratificationem ipſius Re-
ginæ timentem Antonium, nec niſi prægustatos
cibos ſumentem, fertur Cleopatra pauore eius
luſiſſe, extremis coronæ floribus, veneno illitis,
ipſaque capiti poſita mox procedente hilaritate
inuitauit Antonium, vt coronas biberent. At de-
flexo pauliſper capite, dum potaret, vinum flo-
rum extremitate venenatorum attigerat. Quis ita
timeret inſidias? Ergo concepta in ſcyphum inci-
piente haurire Antonio oppoſita manu, En inquit
illa care Antoni, quam tu noua prægustantium
diligentia caues, adeo mihi ſi poſſem ſine te viue-
re, occaſio aut ratio deeſt necandi. Inde eductum
cuſtodia ſeruum iuſſit bibere, qui illico expirauit.
Poſtremo corollarum quoque argumento vnguen-*
17 *tis ex floribus vngere pectus moris fuit peruetu-
ſti, cui rei teſtimonium quoque præbet Alcæus,
vbi in pectus caputque affundi vnguentum præci-
pit, ſunt enim vnguenta, quibus vngimur non vo-
luptatis modo intuitu ſed et valetudinis, quod cō
probat Pomponius. ff. de auro & argen. lega. l. in
argento, ſed & Vlpianus eodem titulo. l. argmen-
to, Vnguenta (inquit) quibus vtimur valetudinis*
18 *cauſa, mundo non continentur. primos Ionas vn-
guenti coronarumque in conuiuio dandarum con-
ſuetudinem reperiſſe tradit Valerius lib. 2.*

SVMMARIVM.

1 Triumphus vnde ſit dictus.
2 Triumphum quis primus oſtendiſſe dicatur.
3 Triumphus quando decernebatur.
4 Triumphandi ſolennitas qualis fuerit.
5 Aemilii triumphi ordo deſcribitur.
6 Triumphantium gloria quo modo reprimeretur.
7 Annulo ferreo triumphantes vtebantur.
8 In triumphis parandis qualis fuerit Romanorum diligentia & de probi Auguſti triumpho.
9 Ouandi & non triumphandi cauſa quæ fuerit.
10 Trumphorum diſtinctio qualis fuerit.
11 Ouatio vnde ſit dicta.
12 Ouatio quid differat a tiumpho.

*QVoniam à propoſita materia nimis di-
ſceſſiſſe videmur, vnde nos coronarum
delectatio deduxerat reuertamur.
Maximus igitur omnium eſt hono-*
1 *rum triumphus habitus qui ab re nomen inditum
accepit, Milites enim folijs ficorum cooperie-
bant, Iambos & ſcommata canentes, in eum qui
triumphabat, poſtea vero milites vſi fuere ry-
thmis: ſcribunt alij Triumphum, dictum
* hoc eſt tribus velut ordinibus, Senatorio,
populari, & militum, ab quibus celeber eſt trium
phus, M.Varro a θριαμβω græco Liberi patris co
gnomine dictum exiſtimant, vnde omnes clamita-
bant. Io. Triambe, Bacche. Io. Latini conuerte-
runt in Triumphum, & Romani milites dicebant*

Io. triumphe, Io. triumphe. teſtis horum eſt Pomponius Lętus, Triumphum primus mortalium poſt
2 *Indicam victoriam oſtendiſſe Bacchus dicitur, qui & coronam ante omnes impoſuit ſuo capiti ex hedera, & diadema Regũ inſigne inuenit, vt Plinius refert, vel vt Plutarcus ait, Romulus primus inſti*
3 *tuit. Decernabatur tunc aũt Triumphus, quando quinq; hoſtium milia una acie cecidiſſent, non enim numero ſed gloria Triumphorum excelſius vrbis Romæ futurum decus exiſtimabant, nec falſum numerum occiſorum in prælio literis Imperatores Senatui referre poterant, quia cum primum vrbem ingreſſi iurabant de uero numero Senatui ſcripto, Atq; primum exercitus, deinde Senatus tertio populus de Triumpho decernendo iudicabat, ſolen*
4 *nitas verò triumphandi huiuſmodi fuiſſe perhibetur. Triumphantium corpora minio illiniebantur, & ſic Camillum triumphaſſe proditum eſt, quo etiam Iouis ſimulacrum feſtis diebus indui tradidit Plinius, Tunicam auream vel purpuream induebant, laureaq; olim, poſtea aurea corona caput cœperunt exornare, & quatuor albis equis inaurato currui vinctis, in capitolium vehebantur, præcedentibus captiuis & ſimulacris vrbium captarum ante currum, & præeunte Senatu in templum Iouis optimi Maximi, tauro cornibus auratis macta to ad proprias ædes redibant. Hinc Cicero in Piſonem, diſſeres de triumpho? Quid tandem habet iſte currus? Quid victi ante currum duces? Quid*

ſimulacra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid legati in equis, & Tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? quid vehi per vrbem? ordinem celebritatemque triumphandi clarius deprehendi exiſtimamus, ſi triumphi Pauli
5 *Aemilij, qualis ordo & pompa refertur à Plutarco fuiſſe, hic apponemus: Paulus (inquit) nitidis veſtibus ornatus, in equeſtribus theatris, quos Circos appellant, & in locis circa forum ad hoc ipſum ex ligno fabricatis, & in alijs vrbis partibus, per quas erat tranſiturus, ſeſe ad ſpectandum triumphum comparauerat, omnia vrbis templa aperta erant, & ſertis vaporibusque repleta ſuauibus. Multitudo miniſtrorum baculos manibus geſtantium ex medio dimouebant turbas, & vias puras apertaſque præſtabant. Pompa autem in tres dies diuiſa fuit: prima enim dies, vix ſignis tabuliſque & coloſis tranſmittendis ſuffecit, quæ vehiculis ducentis quinquaginta portabantur: ſecunda die pulcherrima & ornatiſſima Macedonum arma multis curribus delata fuerunt, ſplendentia ære & ferro abſterſo, atque ita diſpoſita, vt caſu maximè cecidiſſe viderentur, galeæ, ſcuta, thoraces, ocreæ, & Cretenſes peltæ, & Traciæ cetræ, pharetræ, & equorum frena, ac enſes nudi per hæc iacentes & ſariſſæ infixæ, ita vt nec victorum quidem abſque metu foret aſpectus. Poſt hos armorum currus tria virorum millia ſeque-*

bantur, qui nummiſmata ferebant argentea, vaſis tricentis quinquaginta. Vas erat quodlibet trium talentorum, quatuor viri ſingula vaſa portabant, alij crateras argenteas, & phialas, caliceſque ornatiſſimos & ingentes certo ordine deferebant: tertia die prima luce tubicines non mite nec ſuaue ſed bellicum ſonantes primi ibant, poſt eos centum & viginti boues auratis cornibus ducebantur, vittis ornati & ſertis, ducebant eos adoleſcentes ſuccincti ad immolandum, & pueri aureas & argenteas patinas ſacrificij gratia deferebant: poſt eos ſequebantur, qui aurea nummiſmata gerebant, in vaſis trium talentorum vt ſupra de argenteis dictum eſt, numerus vaſorum fuit, octoginta, minus tribus, his ſuccedebat, qui auream phialam decem talentorum quam Aemilius ex lapillis effecerat. Itē qui Antigonea & Seleucia & Thericlea & Perſei vaſa portabāt: poſt hæc Perſei currus, & arma & diadema ſuper armis poſitum, deinde poſt modico interuallo nati regij ducebantur, & cum ipſis alumnorum & magiſtrorum & pædagogorum lachrymans turba, qui & ipſi manus tendebant ad ciues & pueros eadem facere, & pracari docebant, Erant maſculi duo, & vna fœmina non ſatis infortunium propter ætatem ſuam intelligētes, quę res magis homines ad miſericordiā cōmouebat, multique ciues lachrymas ad illorum aſpectum demi-

ſerunt, fuitque lætitiæ & doloris plenum ſpectaculum donec infantes tranſierunt, ipſe autem Perſeus poſt filios & miniſtros ibat fuſca veſte amictus, & crepidas more patrio habens, propter magnitudinem malorum ad omnia trepidus ac mente turbatus, poſt eum ibat amicorũ & familiarium mæſta turba, miſerabiliter ipſum intuentes lachrymanteſque, vt etiam plerique ex Romanis lachrimari ob miſericordiam compellerentur, poſt eum deferebantur aureæ coronæ, quibus Aemiliũ virtutis gratia Grecę donauerãt ciuitates, erat numerus coronarũ quater cẽtũ, deinde Aemilius ipſe ſequebatur, ornatiſſimo curru inuectus, vir & citra huiuſmodi honorẽ ſpectaculo dignus, purpurã auro cõtextam indutus, & lauri ramũ dextra gerẽs. Ferebant, & laurum milites currum Aemilij ſecũdum legiones, cohortes & manipulos ſubſequentes, partim carmina patria ſalibus permiſta & riſu, partim Aemilij laudes cãtantes, quem admirabantur, & intuebantur omnes, hactenus Plutarchus ex æmilij triumpho nos ordinem & triumphandi pompam docuit.

6 *Sed ne nimis triumphatores inſoleſcerent, & in faſtum irent, magna diligentia ac ſtudio. S.P.Q.R. legibus ac decretis inſolentis fortè animi improbitatem repreſſit, nã pro inſtituto quidem maiorum conuiuium dapſile atque magnificentiſſimum parabatur, ideoque in Capitolio celebrari mos fuit. Ac ne fortè animus eorum nimium efferretur, aut immodeſtius in maiori fortuna inſoleſcerat,*

leſceret, propè aſſidebat ſeruulus, qui ſubinde in cõuiuio diceret, Magis ſeruo tuo pareo, quam tibi, quo velut probro admonitus ſeipſum atque hominum cõditionem, æſtimaret. Mitto nunc quæ plani pedes, cæteriq́ue mimorum ſcriptores libere atq; mordaciter in eum dictitabãt. Notum & illud de
7 *triumphantibus, quod annulo etiam ferreo vti conſueuerant, quod & Plinius teſtatur, qui C. Marium ſcribit cum ferreo annulo triumphaſſe de rege Iugurtha. Et quoniam ad triumphales victorias illuſtrandas ſpectacula & ludicra parabãtur, in quibus celebrandis quidam Imperatores adeo procliues fuiſſe videntur, vt in hoc propemodum conſtitiſſe appareret totius victoriæ laus & dignitas, libitum mihi eſt ea hoc loco referre, quæ in triumpho Probi Auguſti Imperatoris Romano populo exhibita ſunt, cùm ex eo abunde poſſit intelligi, in quibus voluptatibus ac deliciis Romanus populus eſſet occupatus, ſicubi Romani Imperatores pro rebus bene geſtis ſolenniter triumphaſſent. Probus*
8 *autem Imperator, cùm de Germanis, Blemijs ac Drungis triumphaturus eſſet, venationem ampliſſimam Romæ in Circo exhibuit, ita vt Romanus populus omnia paſſim diriperet, ſed adſcribam verba Flauij Vopiſci, ut nouiſſimè ſunt apud Crinitum, quibus hoc totum nec ineleganter proſequitur, Genus (inquit) ſpectaculi fuit eiuſmodi in triumpho Probi Imperatoris. Arbores validæ per milites cũ radicibus vulſæ, connexis longè lateq́ue trabibus*

*affixæ ſunt, terra dein ſuperiecta, totuſque Circus
ad ſyluæ ſpeciem conſitus gratiam nobis uiroris
obtulit. Immiſſi deinde apri per omnes aditus, ſtru
thiones mille, mille cerui, mille apri, mille damæ, ly
bicæ omnes feræ et cætera herbatica animalia, quã
ta uel ali potuerunt, uel inueniri. Immiſſi deinde
populares, rapuit quiſque quod uolebat. Sequenti
die adiecit in amphiteatro una miſſione centum iu-
batos Leones, qui rugitibus ſuis tonitrua excita
bant, qui omnes contis, & ſibinis interempti
ſunt, & mox occiſi. Præterea multi ſunt, qui diri
gere uolebant ſagittas, & immiſſi centum leopar
di Lybici, centum deinde Syriacæ, centũ damæ, &
urſi ſimul tercentũ. Atq; itẽ addita ſunt gladiato
rũ paria tercentũ Blemijs pleriſq; pugnãtibus qui
per Triumphũ erant ducti, cũ Germanis, Sarmatis
ac multis latronibus Sauris. Hec hactenus de Pro
bi Imperatoris Triũpho, ut abſoluto maiori trium
pho ad minorẽ tranſeamus, quæ Ouatio dicebatur.
Ouandi aũt ac non triumphandi cauſam eſſe ſcribit*
9 *Gellius. Cũ aut bella non rite indicta, neq; cũ iuſto
hoſte geſta ſunt, aut hoſtium nomen humile & non
idoneum eſt, ut ſeruorũ bratarumq;, aut deditione
repẽte facta in puluere (ut dici ſolet) incruentaq;
uictoria obuenit, cui facilitati aptam eſſe Vene-
ris frondem crediderunt, quòd non Martius ſed
quaſi Venereus, triumphus foret. Quæ res in-
genti extat indicio ratione magis quàm magni-
tudine rerum geſtarum diſtinctos olim fuiſſe tri-*

umphos : nam qui prælio & cædibus hoſtem ſu-
10 *peraſſent, Martium illum ac terrificium agen-*
tes Triumphum quemadmodum & in luſtrandis
exercitibus ſit arma uiroſq; lauro de more corona
bant. At qui ſine pugna, beneuolentia & comita-
te perorando rem bene geſſerant, his imbellem
hanc pacificamque pæanis cantu pompam lex ſine
bat agendam. Tybia enim & mirtus arbuſcula
Veneris (quæ Dea uim bellumque maximè exoſum
habet) pacis ſymbola ſunt. Hanc Myrteam coro-
nam M. Craſſus cùm bello fugitiuorum confecto
ouans rediret inſolenter aſpernatus eſt, Senatuſ-
que conſultum per gratiam faciendum curauit, ut
lauro non myrto coronaretur. Scribit etiam Pli-
nius Romæ minoribus Triumphis ouantes olea co-
ronatos fuiſſe, pedes urbem ingrediebatur, qui
ſic uiciſſet, ſine ferculorum pompa. Tibicines
ouantem præcedebant, quæ paciferę choreæ inſtru-
menta ſunt. In ſacris mactabantur oues: ouantes
11 *ſcribit Feſtus lætantes eſſe, ab eo clamore quem*
mittunt redeuntes à pugna uictores milites ge-
minata litera O. O. quod idem placet etiam
Dionyſio. At Plutarchus in Marcello hanc o-
pinionem refellit, & ouationis nomen ab oue di-
ctum putat, quam, qui hoc genere triumphi orna
batur, ſacrificabat. Quomodo differat ouatio à
Triumpho ex prædictis liquet, & illud addit Dio-
nyſius, quòd qui ouans ingreditur, is nec curru
uectus, nec trabeam, nec togam pictam indutus

pedibus vrbem exercitu præeunte iniret: in triumpho clangor tubarum, in ouatione concentus tybiarum, ille Martis vt diximus, hic Veneris.

SVMMARIVM.

1 Triumphum gerere an Chriſtiano liceat aliis deuictis Chriſtianis.
2 Bellum inter Chriſtianos eſt iniuſtum.
3 Controuerſiæ iure non armis dirimendæ.
4 Romanus Pontifex adiri debet quando eſt controuerſia inter Chriſtianos principes: & bellum inter Chriſtianos quando dicatur iuſtum.
5 Certaminum genera quæ fuerint.
6 Gymnici ludi quales & qui fuerint.
7 Athletica quæ fuerint.
8 Afaltici qui.
9 Curſores qui.
10 Diaulum quid ſit.
11 Curriculi ſitus qui fuerit in certaminibus.
12 Pugiles qui fuerint.
13 Luctatio et paleſtra quid ſint.
14 Certaminum modus explicatur.
15 Vnde natum eſt prouerbium citra pulueris tactũ.

1 *HIc non abſurda fiet quæſtio, num Chriſtianis deuictis liceat Chriſtiano Imperatori de eis triumphum agere. Et negandi triumphi Romanorum patrum auctoritate mouemur. Nam Valerio & Horatio Coſſ. (ut refert Liuius) triumphare cupiẽtibus pro gemina uictoria duobus bifariam prælijs parta contra Volſcos & Aequos ab illo, ab hoc verò con-*

tra Sabinos,Senatus triumphum negauit,maximè Claudio vociferante de patribus non de hoſtibus conſules triumphare uelle,gratiamque pro priuato merito in tribunum Icilium ob virginiæ vindictam non pro virtute honorem peti. Accedat(vt inquit Plutar.)quòd Cæſar,quamuis Scipionem deuiciſſet,ac Iubam,qui partes Pompeianas tutabantur, non de Scipione ſed de Iuba,cuius filius Iuba admodum infans in triumphum ductus eſt,triumphauit. At nos Chriſtiani cæleſtis nos patriæ ciues profitemur,& in Chriſto fratres ſumus, xi. q.iij.cap. ad menſam,quare iure denegandus eſt triumphus, nam liberi ſumus,ergo vt ſerui in triumpho duci

2 non debemus. Et fortaſſis hæc ſententia procedere poſſet, cùm bella inter Chriſtianos iuſta non uideãtur,quod tradit Origines,Homelia.xv.ſupra Ieſum Naz. idq; auctoritate Apoſtoli nõ voſmet ipſos vindicantes,ſed magis iniuriam accipite,& magis fraudem patimini,nam nec ipſi principes

3 excuſari poſſunt,cum controuerſias iure non armis

4 finire debeant,Butr.c.quod ſuper,col. ult.de uoto. Nec deſit Romanus Pontifex, ad quem cognitio tali caſu pertinet,c.nouit.de iudic.glo.c.iuſgentiũ, prima diſtinct. Mea tamen ferret opinio ſi vnus alterius principis Imperium iniuria vexaret, cùm hoc caſu licita ſit defenſio,bello deuictum à iuſto defenſore in triumpho iure duci poſſe,quia iniuſte bellum indixit,& pugnauit, nec tamen capientis ſeruus efficitur vt olim,ſed redemptionis premiũ

5 *cogit perſoluere. Celebrabatur præterea publica læ
titia uarijs ludorũ generibus ut Gymnicis, Olym-
picis, ſacriſque certaminibus & alijs pleriſque. Ve
rùm ut melius explanemus & quædam etiam Iu-
ris loca intelligantur, complectenda ſimul compen
dio quodam genera certaminum duxi, quibus anti
6 qui Græci, ac Romani ſunt vſi. Gymnici ludi dicun
tur, in quibus ſe nudi & uncti exercebant, ut in at
thleticis & palæſtricis certaminibus. In Arcadia
primus Gymnicos ludos Lycaon inſtituit (ut ait
7 Plinius) Athletica aũt, (ut Cicero innuit de legi.
2. & Iulius Pollux tradidit) tria fuerunt certami
na, Curſorùm, pugilum & luctatorum. Sunt qui
quinque prodant Palæſtritas, ideſt luctatores, Dro
nicos ideſt curſores, Pyctas ideſt pugiles, Diſcobo-
8 los, qui diſcum in ſublime iaculantur, Halticos, qui
ſaltus pernicitate contẽdunt. Plautus de antiqua
puerorum inſtitutione loquens, Ante ſolẽ, inquit,
exorientem niſi in paleſtram veneras Gymnaſii,
profecto haud mediocres pœnas penderes. Ibi cur
ſu, luctando, haſta, diſco, pugilatu, ſaliendo ſeſe
exercebant, magisquàm ſcorto? Curſores pedes
9 ſexcentos currebant, ac mox regrediebantur, &
diaulum obire dicebantur. Diaulus enim duplex
10 cõtinet ſtadium, ideſt, pedes mille ducentos. Et Do
lichus ſæpius repetitus curſus dicitur, ſtadia enim
duodecim dolichus continet, unde Diaulodromi
& Dolichodromi & ſtadiodromi uocabantur, ut
curſum longius inibant, ut docet in ſuis annota-*

tionibus Budeus. Qualis autem foret loci & 11 curriculi ſitus, animaduertere licet ex Virgilio, Ille autem ſpiſſa iacuit reuolutus harena. Et oſtendit diſtinctius Lucianus, ubi de Gymnaſiis ſcripſit. Præterea inquit in curriculo quoq; iuuenes noſtros exercemus, & ut longo alicui ſpatio curſu tranſmittendo ſufficiant, aſſuefacimus, utque in breui quàm celerrimi ſint, corporis leuitate uti quàm promptiſſimè docemus. Neque curſus in loco plano aut ſolido conficitur, ſed in profunda harena, ubi nulla firmitate plãta figi poteſt, aut ſuſtẽtari, neque ſuffulcium promptum eſt, cedentibus 12 ſubinde ad ſingulos paſſus pedibus. Pugiles ſunt, qui pugnos aut plagas certãdo impingere ſolebãt. Quare Budeus cenſuit pugilatum cæſtibus exerceri, quibus Darethem & Entellum pugnaſſe legimus apud Virgil.

In medium geminos immani pondere cæſtus
Proiecit, quibus acer Erix in prælia ſuetus
Ferre manum, duroque intendere brachia tergo.
Tum ſatus Anchiſa cæſtus pater extulit æquos,
Et paribus palmas amborum innexuit armis.

13 Sequitur luctatio quę etiam Paleſtra dicitur, & paleſtritæ dicti, qui eius ſunt periti, et paleſtrici. Dupliciter autem intelliguntur, modo enim pro athletis ipſis et luctatoribus, modo pro his, à quibus motus corporis formantur, quales nunc uidentur eſſe, qui ſaltare docent, qualiter oſtendit Quintili.

inſtit. 1. *Illis uerbis, Nec illos quidem reprehendendos puto, qui paulum etiam paleſtricis uacauerũt. Non de his loquor, quibus pars uitæ in oleo, pars in uino conſumitur, qui corporum cura mentem obruerunt ſed nomen eſt idem his, à quibus geſtus motusq; formantur, ut recta ſint brachia, ne indoctæ & ruſticæ manus, ne ſtatus indecorus, ne qua in proferendis pedibus inſcitia, ne caput oculique ab alia corporis inclinatione diſſideant. Palæſtræ tamen nomen artem omnem athleticam complectitur, ut apud eundem lib.* 2. *Vtile plerunque uiſum eſt ita quemq; inſtituere, ut propria naturæ bona doctrina fouerent, & in id potiſſimum ingenia quò tenderent adiuuarentur, ut ſiquis palæſtræ peritus, cum in aliquod plenum pueris Gymnaſium uenerit, expertus eorum omnimodo corpus animumque, diſcernat cui quiſque certamini preparandus ſit. & rurſus, Nanque erit alius hiſtoriæ magis idoneus, alius compoſitus ad carmen, alius utilis ſtudio Iuris, et nonnulli rus fortaſſe mittendi, ſic diſcernet hæc dicendi magiſter, quomodo palæſtricus ille curſorem faciet, aut pugilem, aut luctatorem, aliudue quid ex his, quæ ſunt ſacrorum certaminum. Luctaturi exutis ueſtibus alter alte-*
34 *rum & radebat, & ungebat oleo ualde pacatè et amicè, tum ad agilitatem præſtandam, tum quòd natura olei eſt tepefacere membra, & contra algores munire: cæterum puluis, arena, & lutum illis ſubſternebantur, non quidem ex omni terra, ſed*

ex quibuſdam eius generibus, quibus robuſtiora fieri corpora, & ad tolerandos æſtus, atque algores, firmiora arbitrabantur, & ne in duro caſus illis contingeret, ſed in loco meliore citra periculum proſtrati corruerrēt. Deinde *multa lubrica effugia accidere in cœno ſudantibus eſt neceſſe, ſed quæ non ſunt inutilia, habenda haud ridicula. Nam & hęc plurimum ad robur & membrorum firmitatem conſolidandam conferunt, quando ad hunc modum luctando alter alterum fortiter appræhendere coguntur, tametſi crebrò elabantur è manibus. Tenere enim perunctum oleo, & ſudore profluentem, excidere conantem, & è manibus effluere laborantem res non uidetur eſſe modica, aut nullius momenti, & hec omnia in bello quoq; non parum præſtabant utilitatis exercentibus, ſi aut amicus uulnere ſaucius ſine negocio ſublatus ex acie efferendus eſſet, aut hoſtis comprehenſus ſublimis rapiendus. Eam ob rem penè immodicè exercebantur, difficilioribus propoſitis ut hæc facilius minora poſſent perpeti. Rurſus arenam planè diuerſa ratione utilem eſſe cenſebant, ne dum complexibus implicarentur, laberentur. Puluere etiam poſt unctionem ſolebant inſpergi, ut corpora cæromate et ſudore lubrica, mutuas luctantium præhenſiones*
15 *admitterent. Vnde prouerbium illud natum, Citra pulueris tactum, ideſt ſine certamine, quod de his dicitur, qui facilè aliquid ſunt aſſecuti, & citra ſudorem. Poſteaquā enim in cœno multo exer-*

citio didicerant compeſcere aduerſarium, quominus elaberetur, è manibus, propter corporis lubricam comprȩhenſionem, etiam ipſi comprȩhenſi effugiendi rationem multa aſſuetudine ſibi familiarem faciebant, præſertim cùm tenebantur medij. Quin ſudorem largiter ſemet effundentem, harena quoque uidetur comprimere, dum aſpergitur, utque uis corporis par ſit laboribus efficere: eſtque uentis obſtaculo, quominus denudata lædantur corpora. Alioqui ſordes quoque corporis arena eluit, ac hominem longè candentiorem reddit. Statius de Palæſtritis.

Poſtquam oleo gauiſa cutis petit æquor uterque
Procurſu mediū, atque hauſta ueſtitur arena,
Tum madidos artus alterno puluere ſiccant,
Collaque demerſere humeris & brachia latè
Vaſta tenent,

SVMMARIVM.

1 Pancratium quid ſit quid pentathlus.
2 Pancratii quis fuerit inuentor & paleſtra & pentathli Aeginetæ qui dicantur & quinquertiones.
3 Diſcoboli qui dicantur & ad quid conducat huiuſmodi ars.
4 Haltici qui dicantur & unde.
5 Circuli figura pro halticis & quomodo huiuſmodi ludi fierent.
6 Sortis obſeruatio in huiuſmodi ludis.
7 Athletarum leges & inſtituta.

1 *NEque hoc loco prætereũdum, quid Pancratium ſit, de quo Vlpianus .l. qua actione .§. ſi in colluctatione .ff. ad l. Aquil. ſi in colluctatione uel pancratio, vel pugiles dum inter ſe exercentur, alius alium occiderit, &c. et Quintilla. oratoriarum Inſtit. lib. 2. ita ſcribit, peritus non ſi docendum Pancratiaſten ſuſceperit pugno ferire, uel calce tantum aut nexus modo, atq; in his, non ictus aliquos docebit, ſed omnia, quæ ſunt eius certaminis. Idem ferè et Gellius locutus eſt, cùm ait Diagoras tres habuit filios, unum pugilem, alterum Pancratiaſten, tertium luctabrem. Idem alibi ad ea cauenda et declinãda oportet animo eſſe intento, ut ſunt athletarum qui Pancratiaſtæ uocantur, nam ſicuti illi ad certandum uocati proiectis altè brachijs conſiſtunt, caputq; et os ſuum manibus oppoſitis, quaſi uallo præmuniunt, membraq; eorum omnia, priuſquam pugna mota eſt, aut ad uitandos ictus cauta ſunt, aut ad faciendos parata. Non ſignificãter ex Vlpiani, Quintilianique & Gellij verbis unquam deprehendas, quid Pancratium ſit, niſi ex libello de Rhetorica. 1. Ariſtotelis aucuperis, qui appoſitiſſimè horum uerba interpretari uidetur, Agoniſtice inquit, ſiue certatoria corporis uirtus magnitudine conſtat, ui & celeritate, Celer nanque robuſtus eſt. Qui uerò pedibus diu ac citiſſimè mouetur, dromichus eſt, ſiue Curſor. Qui aduerſarium premere ac retinere ualet, paleſtricus*

id eſt, luctator. Qui verò plagas impingere poteſt, pugil eſt, ac percuſſor, qui duobus his præcellit, Pãcratiaſticus, qui his omnibus Pentathus, hactenus Ariſtoteles. Ex cuius verbis luce clarius (opinor) innoteſcit, qui denique ex iuriſconſulto Gellio, Fabioque ſenſus elici debeat. Pancratium igitur certaminis genus eſt, ex eo dictum, teſte Budeo, quòd aduocatis omnibus corporis viribus, omniumque neruorum contentione tranſigitur. Calcibus enim & cubitis non modo pugnis Pancratiaſtæ vtebantur, omnique impetendi præhendendique modo.
2 Sunt qui Athenienſem Theſeum excogitaſſe Pancratium principem omnium velint, vbi cum Minotauro eſt in labyrintho congreſſus, ſiquidem pancratio illum eſt adortus, quando nõ ſuppetebat gladij facultas. Produnt alij à Theſei pedotriba Phorbante compertam Athenis Paleſtricem, Penthathli inuentorem ferunt Peleum Aginetã, vnde et Philopẽtathli quãdoq; Aginetæ nuncupãtur, Pẽtathli, qui omnes artes Gymnaſticas exercẽt, quin
3 quertiones Latinè nominati ſunt. His omnibus cõſequuntur Diſcoboli, ideſt Iaculatores, qui uel haſta in longum proijcienda decertant, uel globum iacentem in Gymnaſio æneum atque teretem in parmi ſemi figuram formatum, neque lorum neque baltheum habentem periculi faciendi gratia manu ſuſtollunt, in medio ſurſum manu extortum iaculantur in aerem, inque longum contendentes qui nam ex illis eundem quàm lõgiſſimè iactu promouerint,

ac omnium aliorum metas exceſſerint, uictores exiſtunt. Quæ res & humeros firmiores reddit, & brachia non mediocriter corroborat. Superſunt Haltici qui ſaltus pernicitate contendebant, ab
4 *Halteribus dicti, quæ uocantur pilæ plumbeæ, Maſſulæue, quibus utraque manu ſe librabant qui ſaltu certabāt, ut certius aſſilirēt, Mart. in Apophor.*

Quid pereunt ſtulto fortes haltere lacerti,
Exercet melius uinea foſſa uiros, Idem alibi,
Halteres agili rotat lacerto,

5 *Eius figura circuli dimidium oblongioris, nec rotunditatis abſolutæ ita prorſus afformabatur, ut manuum inſeri poſſent digiti, ueluti per ſcuti ochana. In libro de communi animalium greſſu Ariſtoteles ait, Quinquertiones halteribus utranque manu compræhenſis, maiorem & concitatiorem ſaltum ædere. De his omnibus ſic diffuſe loquitur Lucianus Anacharſim & Solonem inducens de Gymnaſiis diſſerentes, Hec verò ò Solon quamobrem faciunt veſtri iuuenes, partim enim illorum complexi mutuò ſe ſupplantant, partim uerò alius alium præfocat, & verberat, & cœno ſemet immiſcent, volutanturque perinde ut ſues. At qui initio ſtatim exutis ueſtimentis (ſpectator enim aſſiſtebam) alter alterum uiciſſim & raſit, & vnxit oleo pacatè & valdè amicè. Deinde uerò ne ſcio qua offenſa diſſociati, mutuò ſe de loco propulerunt, innuentes, frontesque arietantes concurrunt non ſecus atque arietes. Et uide ut ille alte-*

rum ſublatum cruribus humi proſtrauerit. Deinde in eum illapſus ſuſpiciendi facultatem non permittit, in cœnum deorſum adigens. Poſtremò uerò iam illius crura, ſecundum ventrem complexus circumiecto gutturi cubito, miſerum ærumnoſe præfocat. Alter autem obuerberat humeros, ſupplicans, (vt opinor) ille, ne prorſus præfocetur. Sed ne olei quidem gratia agunt modeſtius ne luti aſpergine inquinarentur, uerum obſcurata unctione, & luto completi, largiore ſudore perfluentes, copioſam ridendi materiam mihi exhibent, ueluti anguillæ è manibus elabentes. Rurſus alij in aulæ area hoc ipſum ſub Ioue facere conſueuerunt, neque tamen illi ipſi in cœno, ſed profundam arenam ſubijcientes, in foſſa conturbant ſe mutuò, ipſique ultro ſpargunt pulverem Gallorum in morem, quo minus (ut mea fert ratio) in complexibus effugiant, arena omnem lubricitatem excludente, aduerſarijque compræhenſionem firmiorem in arido ſubminiſtrante. Cæterùm illi ſtantes erecto corpore pulueribus pleni, & ipſi mutuis ſemet afficiunt verberibus, & calcitrant. Itaque infelix ille & dentes expuenti ſimilis eſſe videtur, adeo illi os totum & ſanguine & arena oppletum eſt, palma in maxillam percuſſo. Porrò alij alibi omnes accelerantes in puluere, veluti currentes

ſubſiliunt, eodem in loco permanentes & in altum proſilientes calce laceſſunt aera: & paulò poſt ait, perſonam Solonis inducens, Neque enim iſta inſaniæ ſunt opera, neque impulſu contumeliæ hi mutuò ſe obuerberant, neque cæno uolutantur, aut ſemet conſpergunt puluere, ſed ineſt huic rei neceſſitas non iniucunda, neque mediocrem uigorem adiungit corporibus. Locus ille certaminis Gymnaſium uocatur, eſtque templum Apollinis Lycij. Cæterum exercitationum alia quidem, quæ in cæno fit, Lucta uocatur. Porrò eos qui erecto ſtant corpore, ac ſemet mutuis uerberibus onerant, pancratio decertare dicimus. Sunt præterea & alia nobis eiuſmodi Gymnaſia, & pugilatus, & diſci, & ſaltus, quorum omnia certamina ſolemus proponere, quorum qui palmam fuerit adeptus, is præſtantiſſimus ex omnibus eſſe iudicatur, & qui præconis uoce uictor fuerit pronunciatus, ab omnibus propemodum Deus exiſtimatur, ac certaminis præmia tollit, cuiuſmodi ſunt in Olympijs corona oleagina, in Iſthmijs pinea, in Nemeis ex apijs concinnata, in Pythijs poma Sacerdotes Apollinis proponere ſolebant. Ex his igitur quæ ex aliena penu deprompta hic adiecimus, ita certaminum negocia verbis expreſſimus, vt ante

6 *oculos geri uideantur. Pròinde etiam illud exploratum haberi oportet, quod certa ſortiendi ratione uti ſolebant, lucta uel pancratio certaturi, (ut idem autor perhibet) Initio quidem vrna argentea Deo ſacra in medium proponebatur, in eam paruæ quædam ſortes conijciebantur, fabacea fermè magnitudine, literis inſcriptæ. Inſcribebantur autem duæ, utraque uidelicet litera, a, deinde in alteras duas ſcribebatur, b, mox in alias, c, ac deinceps iuxta eandem rationem inſcribebantur et reliquæ, pro numero Athletarum, ſi plures fuerint, ita ut ſemper binæ ſortes iiſdem ſint inſignitæ literis. Accedebat deinde quiſque ex athletis ſuſceptis uotis Ioui ſupplicans immiſſaque in urnam manu unam ex ſortibus extrahebat, & poſt illum alius. Quibus ſingulis aſsiſtens flagellifer protenſa manu obſtabat, ne legerentur literæ, quæ à ſingulis extractæ erant. Cæterum ubi iam ſinguli ſingulas ſortes habuerant, vnus ex Iudicibus circumeundo contemplabatur, & explorabat ſortes in circulo conſiſtentium, atque eum quidem qui A, habuerat, cum altero ſortem, A, inſcriptam habente, aut lucta aut pancratio decertaturum committebat. Deinde pari ratione etiam eum qui, B, habebat, extractum cum altero eiuſdem literæ: qui tenor committendi ſeruabatur etiam in alijs conſimilium literarum ſortes habentibus, & hæc erat ratio componendorum athletarum, numero illorũ æquali exiſtente. Quòd ſi diſpares acceſ-*

ſiſſent,

ſiſſent, quinque uidelicet aut ſeptem aut nouem, tum litera quępiam ſuperuacua ſorti inſcripta unà cum aliјs in urnam mittebatur non habens literam ſibi reſpondentem. Quicunque ergo illam extrahendo conſecutus fuerat, aliјs ad ultimum uſque preſidebat, expectans donec aliј finitis certaminibus decertauiſſent. Eratque non mediocris athletæ felicitas, quippe qui adhuc uiribus integer cũ
7 *defeſsis erat congreſſurus. Hactenus de Athletis quorum exercitationes gloriæ & uirtutis gratia concedebantur, in quibus pecuniam ludere non erat uetitum ut Pauli reſponſo compertum eſt l.2. ff.de aleæ luſ. et aleator. Et ideo ignominioſos nõ haberi, cum cæteris qui ſacris certaminibus deſeruiebant, Vlpianus tradit, l.athletas.ff.de his qui not. infamia, quia uirtutis oſtendendæ cauſa hoc faciebant l.i.§. quid ſi depugnauerit. ff.de poſtula. l. ſi rem.§. fina.ff. de præſcript. uerb. quos Alexander Auguſtus ciuilius munerum uacatione collata titulo de Athletis inſcripto in Iuris corpore inſigniuit, nec eorum Gymnaſticam diſciplinam prætereundam Plato duxit de legibus cũ ad ſanitatem uireſque conducat, & ad omnia utilis admodum exiſtimetur.*

SVMMARIVM.

1 Intellectus & concordia l. Athletas. ff.de his qui notan.infam. & l.i.§. Quid ſi depugnauerit. ff. de poſtu. Et an & qñ corpori exercitiũ infamet.

2 Sacra certamina quæ fuerint & qualia.
3 Nemea ſacra quæ & qualia.
4 Pythia qui ludi eſſent & quales.
5 Iſthmia qui ludi eſſent, & quales.
6 Item Olympica certamina.
7 Luſtrum quid ſit.

1 *DIximus paulò ante athletas infamia minimè notari, ex Vlpiani reſponſo, d.l. athletas, qui tamen a ſua opinione uidetur diſſentire in d.§.quid ſi de pugnauerit, ubi putat eos notam non euadere, qui in arena paſſi ſunt ſeſe honorari, liquet enim ex predictis, ꝙ ſacra peragebantur certamina in arena, ergo euitari nõ poſſe uidetur Vlpiani repugnãtia. Sed ſane intelligendo, crediderim Vlpianum uno in loco loqui de his qui cum beſtijs certaturi in ſcenam & in arenam deſcendunt, quia ignominioſi fiunt, quamuis ſine mercede id faciant. altero autẽ in loco intelligendus eſt de athletis, qui cum hominibus artem illam exercent, quia uirtutis gratia ſeſe exercentes artem non faciunt ludicram, neq; infamantur, l.3.ff. de his qui not. infam. Alioqui etiam exercitatio conficiendarum beſtiarum per ſe ſordida nõ eſt, quod ex eo patet, quod ſcribit Herodianus lib.i. Commodum Imperatorem in id ſeſe exercuiſſe ueluti fortitudinis gloria, ſed id minus decorè, quam modeſto Principi conueniebat, quaſi diceret non illi fuiſſe indecorum, ſi nõ nimius in eo*
2 *fuiſſet. Verùm quia ſacrorum meminere certami*

*num Vlpianus , Modeſtinus & Alexander Au-
guſtus.d.l.athletas. l. ſeptitia & tit. C. de athlet.
Sciendum eſt,ut etiam Budeus eo in loco ſcribit,et
Alciatus , in Grecia fuiſſe ſacra certamina qua-
tuor,quos Agones appellant à Politiano ſuis quo
que carminibus exornatos,quæ Græcè conſcripſit,
et latinè uerſa ita leguntur.*

*Iouis in Olympico certamine ferebant oleaſtrum
Mala uerò Apollinis Pythicũ tollebat certamẽ,
Iſthmiaca autem pinum dabat Inous Melicerta,
Tu uerò apium ponebas Archemore in Nemea.*

*Et Alciatus ſcripſit poſt Pindarum hymno.v.Ar
chiam quoq; meminiſſe notiſſimo hoc Epigrãmate.*

*Sacra per Argiuas certamina quattuor urbes
Sunt duo facta uiris, & duo cælitibus,
Et Iouis et Fhœbi,Melicerteq; Archemoriq;
Præmia ſunt pinus, poma, apium atq; oleæ.*

Refert & Simonidis diſtichum,

*Iſthmia Philonis, Diophon & Pythia uicit,
Et curſu & iaculo , ſaltibus, orbe,pala,*

Et Pindari quoque

*Cum diſci iactu,ſaltus pedis,impetus haſtæ,
Atq; palæ,et curſus,ſtudium fuit omnibus vnũ.*

3 *Nemea ſacra Argiui celebrare conſueue-
runt in honorem Archemori, Lycurgi Nemeæ
Regis filij , qui à ſerpente necatus fuit , dum
nutrix ſitientibus Achiuis cùm ad expugnan-
das Thebas proficiſcerentur ,fontem Langiam o-
ſtendens,eum reliquiſſet in gramine,unde fons ille*

Archemorus dictus eſt, vel ut alij dicunt in honorem Herculis, eo quòd immanem leonem in Nemea ſylua interfeciſſet, Virg. & uaſtum Nemeæ ſub rupe leonem. 4 *Pythia erant ludi in Apollinis honorem inſtituti ob cædem Pythonis ſerpentis nocentiſſimi ad perpetuam rei memoriam in quibus qui uiciſſet eſculea corona antequam laurus eſſet, coronabatur; Ouidius primo Metamorph.*

Inſtituit ſacros celebri certamine ludos
Pythia, perdomitæ ſerpentis nomine dictos,
Hic Iuuenum quicunque manu, pedibus, rotàue
Vicerat, eſculeæ capiebat frondis honorem.

Pythia quoque inſtituta fuiſſe à Principe Diomede Cælius Rhodiginus tradit in ſuis commentarijs. Iſthmia certamina Neptuno inſtituta feruntur, et a Theſeo primum ſcribit Plutar. ludis quinquēnalibus celebrata Corinthi Olympi erant ludi in honorem Iouis Olympici quinto quoque anno inducti, Et Olympica certamina olim fuiſſe ueteribus Græcis celeberrima, nemo a ſtudijs eſt adeo feriatus, ut eum poſsint latere. Quæ verò traduntur initia, et ueluti incunabula rei clariſsimæ, forte nec omnibus tritum, propterea quæ mihi comperta ſunt ex Celij comentarijs huic protinus parti tribuam. Cum ex Saturno & Rhea natus fuiſſet Iuppiter, Idæis dactylis, qui idem & Curetes ſunt, infantis commendata eſt cura. Ex Cretæ uerò Ida ueniſſe in Olympiam eos conſtans fama tenet, Herculem uidelicet Peonæum, Epimedem, Iaſium, Idam in

terim Herculem ferunt, ut qui foret omnium natu maximus, colludentem ad currendi certamen fratres prouocaſſe, ac uictorē ex eis coronaſſe oleaſtri ramo. Arboris enim huiuſmodi ingens ſupetebat copia, ut eius folia etiam ad cubandum ſubſternerentur. Ad Græcos autem ex Hiperboreis uſque oleaſtri arborem translatam memorant, qui dicuntur ultra Boream habitare: quod & in Olympijs ſignificare Pindarus animaduertitur adſtipulante Interpretum calculo, a quibus id item proditur, in Olympicis cotino ſolitos coronari, in pythiis lauro, in Nemeis ſelino uirente, ideſt, apio, in Iſthmijs ſelino item, ſed areſente. Ita ergo ad Idæum Herculem ſacri huius agonis primæ referuntur origines, qui & ab eo ſunt Olympia nuncupata. Quinto autem quoque anno celebrari inſtituiſſe, quòd fratres quinque numero forent. Ex græcis tradunt nonnulli Herculem poſt debellatum Augeam Elidis Regem, Sòlisq; ac Teleboes filium, a quo aula expurgata præmio exuebatur merito, cū Elim eſſet depopulatus, manubijs Ioui Olympicum inſtituiſſe certamen, quod quinto quoque anno celebraretur, uel ut manifeſtius dicam, quinquangeſimo quoque menſe, Initio autem cum in palæſtra Hercules multos prolectaret, & illiceret, nec auderet tamen aliquis, luctatorem Iuppiter aſſimilās illi ſe obtulit, cùmq; nutans diu ſtetiſſet uictoria, filio demum ſe pater aperuit. Quinque diebus celebrabantur Olympia certamina poſt lunæ undeci-

mam quintadecima tenus, verùm præludia erant diebus. xxx. & ſic Olympias apud Græcos pro quinquēnio accipitur, ut apud Romanos Luſtrum,
7 *quòd quadriennio exacto quinto quoque anno ineunte luſtrum peractum eſſe intelligitur, & tributa ac uectigalia tunc exigebantur, & prædia quoque ad id tempus locari olim cōſueuerant, l. ſiquis, de reb. cred. Alciat. diſpun. 3. cap. i. & Budeus in annot.*

SVMMARIVM.

1 Declaratio. l. Athletas. ff. de his qui not. infam. & l. i. C. de athlet. lib. x. & quid Thymele Thymelita Xiſtici & ars iaculatoria.
2 Gladiatores infamia notantur nec Athletarum nomine nuncupandi ſunt.
3 Commodi mira peritia in arte iaculatoria.
4 Agitatores qui dicantur.
5 Equis aquam ſpargere quid ſit & prouerbium frigidam aquam ſuffundere.
6 Deſignatores & brabeutæ qui ſint.
7 Deſignare quid ſit.
8 Equitia, Synoris, Celetes, Haſtici, & Claſtra ludi qui ſint, & quid Troia uel Troianum agmen.

1 *EX ſupradictis apparet, quomodo intelligenda ſit lex unica, de Athlet. lib. x. Codicis, & lex Athletas. ff. de infa. cuius quia ſuperſunt aliqua verba explicanda, ad rem præſentē attinentia, ea proſequar: inquit ibi Iuriſcōſultus, ut neq; Thime*

lici,nec xyſtici, nec agitatores, nec qui equis aquã ſpargunt.Thymelen Græci areã ſcenę uocabãt, hoc eſt eam Theatri partem ubi geſtiunt Hiſtriones,& Thymelica appellantur acroamata ut docet Gellius lib.8.Et Thymelici ſunt fidicines, cythariſtæ, lyriſtæ, Tibicines, qui in Orcheſtra actiones ſuas peragebant, teſte Budeo in annotat. & Alciato in.l.ueſtis, de verbo ſigni. Vnde in Canonicis decretis,diſtinct. ult. c. non miniſtros. ſacerdotes admonentur, de conuiuio ſurgere debere, antequam Thymelici ingrediantur. xiſticos interpretatur Budeus Athletas à porticus ampla latitudine, in qua per hyemem ſub tecto exercebãtur,Cęlius autẽ Rhodig. xyſticos appellat haſticos ludos, & gladiatores quoque xyſticos nuncupat, quod haſtili uterentur, quod Græci xyſton uocant, quanquam & eo nomine dicitur locus, in quo exercentur Athletæ. Rationi tamen meæ non applaudit, xyſticos hoc in loco pro gladiatoribus accipi,quos Iuriſconſultus infamia ſolutos neque ignominioſos cẽ
2 *ſuit, cum tamen gladiatores propter eorum cruentum ſpectaculum infamia notãdi ſunt,turpiſſimo fœdiſſimoq; cultu ſeſe contaminantes, l.i.§.quid ſi depugnauerit. Quandoquidem & eos Conſtantinus ſuſtulit, l.vnic.C.de glad. lib. xi. Pro Athletis etiam accipi (vt inquit) Budeus non credo, quia in principio legis Vlpianus nominauit Athletas. Aptius igitur pro iaculatoribus ſpiculorum & haſtilium telorum intelligentur, cuius artis*

3 *fuiſſe peritiſſimum Commodum meminit Herodianus lib. 1. Siquidem ita certa illius manus eſſe dicebatur, ut quodcunque deſtinaret, iaculo ſagittaue contingeret, ac una die ædito ſpectaculo tauros, damas, leones, ceruos, pantheras plurimas nullo vſus ſcopo neque ad aliquam corporis partem telo deſtinato currens confecerit, & pantheram quendam iam iam laniaturã hominem, quem compræhenderat opportuno vulnere ita conſecutus eſt, ut interfecta belua hominem ſeruauerit, ac dentium quoque aciem cuſpide ipſa iaculi præuentus, ut merito Iuriſconſultum de huiuſmodi iaculandi acutiſ-*
4 *ſima arte intellexiſſe mihi perſuadeam. Agitatores miniſtri publicorum ludorum ſunt ut Albericus profitetur l. Si qua. C. de ſpecta. lib. xi. verum nomen hoc apud autores ferè relatum inuenitur ad equorum curruumue rectores, Cicero, nec eſt melius quicquam, quàm ut Lucullus ſuſtineat currum, equosque, ut bonus ſæpe agitator, Virgilius, equorum agitator Achillis Autumedon. Se-*
5 *quitur deinde in l. Athletas, qui equis aquam ſpargunt vndè translatum prouerbium, frigidam aquam ſuffundere, vt Chiliade prima, Centuria decima, prouerbio 51. docetur, & quæritur hic locus explicari, cuius opinio nec ab Accurſio diſſidet, vertigine enim ipſe calentibus rotis, quas Horatius hac ratione feruidas appellat, aqua ad refrigerandum inſpergebatur, videas Alciatum Parergon, vi. cap. 3. Sequitur deſignatores, quos*

6 *Græci Brabeutas appellant, Accurſius hos eſſe exiſtimat locorum, vel hominum, vbi ſedere debeant, diſpoſitores, cuius mihi non inepta uidetur*
7 *declaratio, nam deſignare aliquando ſignificat deligere, Col. lib.3.ipſum autem agrum, quem ſeminario deſignaueris, planũ & ſuccoſum, Virgilius.*

Ipſe humili deſignat mœnia foſſa

Interea Eneas urbem deſignat aratro.

Cicero de Diuinat.vtique locum ſepulcro pedes triginta quaque verſus deſignat, & deſignare ut inquit Sabellicus poſt Donatum ſuper Horatiano carmine, Deſignatorem decorat lictoribus atris, uetuſtiſſimo ſignificatu eſt rem nouam facere, in vtranque partem & bonam & malam. Vnde deſignatores dicti ſunt Curatores funerum qui ludis funebribus præſunt, ob eam cauſam, quòd in his ludis multa fiebant, noua & ſpectanda, hec Ille. Et Accurſianæ interpretationi Budei ſententia conuenire videtur, Sunt qui deſignatores (inquit) eſſe putent, (& rectè noſtra quidem ſententia) eos qui conſtituendæ funebri pompæ, aut etiam cuicunque præſunt, vnicuique incedendi locum, ordinemque præſcribentes, ſimili ferè munere funguntur, qui Romæ magiſtri Ceremoniarum uocantur, cuius ſignificationis eſt exemplum Plauti in Pœnulo.

Neu deſignator præteriens obambulet,

Neu ſeſſum ducat, dum hiſtrio in ſcena ſiet.

Deſignatores igitur ſunt, qui ludis funebribus pre-

ſunt & ſacris certaminibus, locum & tempus perſonis deſignantes ad agēdum. Cicero ad atticum, poſt has ruinas deſertus à ſuis uix iam decimum deſignatorem vix Gellium retinet, equos etiam ludorum præſides Brabeutas autore Polluce Alciatus appellat, lib. prætermiſſorum. 2. Veteres prætereà uarijs ludis publicis ſuas letitias proſequebantur: quandoque enim equos ad currendum compellebant, qui ludus equiria uocabatur; erantque duo certandi equis genera, Synorides & Celetes, Synoris erat biga, è duobus equis non pullis ſed adultis, quanquam poſtea è pullis quoque uincta eſt. Celetes ſingulari currebant equo, teſtis eſt Cœlius lib. 15. & 21. Fiebant quoque hi ludi in honorem Cereris in Circo maximo, ad quos cum pompa ibatur, ferebanturque Deorum imagines, magna reuerentia & frequentia populi. De his Ouidius meminit Faſtorum. 4.

8

Proxima uictricē, quū Romam inſpexerit Aeos,
Et dederit Phœbo ſtella fugata locum,
Circus erit pompa celeber, numeroq; Deorum,
Primaque ventoſis palma petetur equis,
Hinc Cereris ludi, non eſt opus indice cauſæ
Sponte Deæ munus promeritumque patet.

In ludis etiam Marti conſecratis equiria fiebant propter ſigna à Parthis recepta. Ouidius Faſto. vi.

Solennes ludos Circi celebrate Quirites
Non uiſa eſt fortem ſcena decere Deum.

Modus & ordo ludorum equeſtrium à Virgilio de-

ſcribitur, in quinto Aeneidos, quos haſticos appellari Cælius profitetur, & nũc eſſe in multiplici uſu, cùm ſæpe haſtis concurritur, & uulgo Claſtra dicuntur, quod clauſtris obſepiantur temporarijs, ſicuti ueteribus luripos, ſiue Nilos (ut in legibus inquit Cicero) circunducere moris fuit. Troiã etiã ſiue Troianũ agmen hunc ludum dicimus ex Virg.

Troiaq; nunc pueri Troianum dicitur agmen, Plutarchus in Catone, ita uerò inter pueros clarus erat, ut cum L. Scylla equeſtrẽ ludum, quẽ Troiam uocant ædere ſtatuiſſet, &c.

SVMMARIVM.

1 Megalenſes ludi qui dicantur.
2 Matris deorum fabula & ludi in eius honorem.
3 Funebres ludi qui ſint & qui ſiticines.
4 Declaratio.l.legatum.ff.de uſufr. leg.
5. Plebei ludi qui dicantur.
6 Item Apollinares ludi qui fuerint.
7 Seculares item ludi.
8 Iubileus annus unde originem ſumpſit.
9 Circenſes ludi qui & quales fuerint & unde originem habuerint.
10 Quid ſit cenſus Deus & conſualia.
11 Troia quis ludus eſſet.

ALios pręterea ludos antiqui in uſu habuerũt, teſte Donato. Megalẽſes, Funebres, plebei et Apollinares: Megalẽſes magnę Deorũ matri dicati fuerunt, Liuius, M. Iunius Brutus ædem magnæ matris Deum in palatio dicauit, et ludos ob eam dedicationem factos Megaleſia appellauit. Verum locus hic poſtulat, ut de Deorum

matre fabulam dicamus, quam Diodorus ſiculus libro ſuæ Bibilioteces quarto nõ uno modo narrat. Primum enim ſcribit Cęlum ex Titea coniuge liberos ſuſcepiſſe quinque & quadraginta, muliebris ſexus duos Reginam & Opim, quarum Reginam ætate & prudentia præſtantiorem in gratiam matris fratres omnes educaſſe, ideo dictam matrem Deum, nupſiſſeque Hyperioni fratri, ex quo Solem & Lunam genuerit, qui cùm ſcelere auunculorum interijſſent, ipſam in furorem uerſam cum tympanis cimbaliſq; terram ſuæ ditionis peragráſſe, moremque huiuſmodi manſiſſe poſt eius fatum. Addit idem Diodorus aliam fabulam Menoem uetuſtiſsimum Phrigie Regem ex uxore Dyndimene filiam procreaſſe, quam exponi iuſſerit in monte Cybelio, infantem à feris enutritam, euaſiſſe in admirabilẽ pulchritudinem, inuentamque a muliere paſtoria educatam pro ſua, dictamque a monte in quo erat expoſita Cybelem, multas artes ingenij acumine & inueniſſe, & edocuiſſe mortales, ſicut cantũ tybiæ, luſus, choreas, tympanorum, cymbalorumq; ſonitus, artem præterea ueterinariam, & infantum morbis lenimenta, quibus, quod multi pueri curraren tur, iccircò eam magnam Deorum matrẽ nominatã eſſe, quæ cũ adoleuiſſet, iuuenẽ amauit terræ illius nomine Atym ex eoq; grauidã eſſe a Menoe patre, qui famam de uirtute factiſq; accepérat reuocatam pro uirgine, cuius flagitio cognito Atym et nutrices iuſſu Regis ſupplicio affectas eſſe, Cybelem

amore incenſam ex deſiderio Atys inſaniſſe, domumq́; paternam egreſſam ſolã cum fiſtula et tympano, paſſis crinibus totam regionẽ peragraſſe, dementẽ, delirantem, ueniſſeq́; in Nyſam ad Dioniſium: Aliquot uerò annis poſt eam mortuam, cũ et difficultate annonæ & morbo in phrygia laborare tur, oraculo iuſſi ſunt Phryges Atym & Cybelẽ uenerari. Hinc ſacra Ceremoniasq́; magnæ Deum matris ortas eſſe dicit, hec ex Diodoro. Sed hanc alij Iouis, Iunonis, Neptuni, & Plutonis matrem eſſe autumant, ideo Rheam, & latinè Opim dictam eandem eſſe Cybelem & Veſtã. Nec dubito, quin hec res geſta confundatur, ut nuſquã ferè nõ ſit in Deorũ fabulis, virginemque haberi nempe Veſtã eamq́; ob cauſam exciſum eſſe Atym iuuenẽ formoſiſsimum, quem cùm illa adamaſſet, præcepiſſetq́;, ne cum muliere ulla ſe unquã commiſceret, ille que Deæ præcepto neglecto nympham Sangaridem adamaſſet, à Cybele uirilitate diminutus eſt, iccircò & Sacerdotibus gaudet in eum modum deformatis. Et quoniam hanc Phrigij plurimum in Ida monte coluerunt, hic nomen Ideæ matris inuenit & Berecynthiæ à monte etiam eiuſdem Phrigiæ. Sacerdotes Gallos nuncupauerunt à Gallo amne Phrygiæ, cuius aqua phanaticos potantes reddit. Ipſi quoque galli inſani caput per furorem rotant cultriſque faciem & muſculos corporis totius diſſecant, morſibus quoque ſeipſos impetunt, cum maiore ſe correptos furore, uel ſimulant, uel

re uera ſentiunt, Deam iſtam, hoc eſt ingens in Ida ſaxum, quam incolæ Deum matrem uocabant, Romam legati aduexerũt, pridie Idus Aprilis, eo quo die feriæ eius celebrantur, & ludi, quæ Megaleſia dixerunt. Liuius libro uigeſimo nono ſic de matre Deum inquit, In ędem Victoriæ, quæ eſt in palatio pertulere Deam pridie Idus aprilis, isque dies feſtus fuit, populus frequens dona Deæ in palatium tulit, lectiſterniumque, & ludi fuere Megaleſia appellata: & libro trigeſimo ſexto, Per idem fere tempus ædes matris magnæ Ideæ dedicata eſt, quam Deam Pub. Cornelius aduectam ex Aſia P. Cornelio Scipione, cui poſtea Aphricano fuit cognomen. P. Licinio Coſſ. in palatium a mari detulerat, locauerant ædem faciendam M. Licinius P. Claudius Cenſores. M. Cornelio. Tito Sempronio Conſulibus, tertiodecimo anno poſtquam erat locata, dedicauit M. Iunius Brutus, ludiq; ob eam dedicationem facti, quos primos ſcenicos fuiſſe, Antias Valer. eſt auctor, Megaleſia appellatos, hæc Liuius, cum quo Varro conſentit lib. de lingua latina. 3. In feſto Cybeles, multi ædebantur ſonitus compoſiti & ad numerum ut tybijs & tympanis. Virg. 9. Aeneid. Timpana uos buxuſq; uocat Berecynthia Matris Ideæ, ſinite arma uiris & cedite ferro. Ouid. lib. 4. Faſto.

Protinus inflexo Berecynthia tybia cornu.
Flabit, & Ideæ feſta parentis erunt;
Ibunt ſemimares, & inania tympana tundent,

Acraq́; tinnitus ære repulſa dabunt, & poſt
Tibia dat Phrigios & dedit ante modos,

Et pridie Idus aprilis Deum mater magna pompa à Gallis ad Almonem fluuium producebatur, qui non procul ab urbe Tiberi miſcetur, ibiq́ue ad confluentem duorum amnium abluebatur, ueteri inſtituto: nam quo primum die ex Aſia illuc aduecta fuit, à ſacerdote lota eſt, isque mos poſtea ſingulis annis eſt ſeruatus. Lucanus in primo.

Et lotam paruo reuocant Almone Cybelem,

Apertius Ouid.in 4.

Eſt locus in Tiberim, quo lubricus influit Almon,
Et nomen magno perdit in amne minor,
Illuc purpurea canus cum ueſte ſacerdos,
Almonis dominam ſacraq́; lauit aquis

Prudentius in martyrio Romani,

Nudari plantas ante carpentum ſero,
Lapis nigellus euehendus eſſedo
Quem ad lauacrum præeundo ducitis,
Almonis uſq; præuenitis riuulum,
Proceres togatos matris Ideæ ſacris
Muliebris oris clauſus argento ſedet,
Pedes remotis atterentes calceis.

Primi annis ſingulis ludi ſcenici erant Megaleſia, in quibus hiſtriones ad nouum opus egredientes mira laſciuia, ſpurciſſima & turpiſſima quæque in matrem Deum et Atym dictitabant, tum et

alij per id tempus honeſtiſſimo Romanorum cultu diſſimulato, ut noſci non poſſent, licentioſiſſimè per vrbem vagabantur, nullis uerbis factiſque fœdis parcentes, vt autor eſt Herodianus in Commodo, Vnde Auguſtinus de Ciuit.Dei cap.4.li.2. Veniebamus nos etiam aliquando adoleſcentes ad ſpectacula, ludricaque ſacrilegiorum ſpectabamus arreptitios, audiebamus Symphoniacos ludis turpiſſimis, qui Dijs Deabuſque exercebantur, oblectabamur Cœleſti uirgini & Berecynthiæ matri Deorum omnium, ante cuius lecticam die ſolenni lauationis eius talia per publicum cantitabantur à nequiſſimis ſcenicis, qualia non dico matrem Deorum, ſed matrem qualiuncunque Senatorum vel quorumlibet honeſtorum virorum, immo verò nec qualia matrem ipſorum ſcenicorum deceret audire. Licebat etiam Gallis matris Deorum ſacerdotibus ſtypem à populo poſcere lege à Metello lata, ut Idem Auguſt. oſtendit de Ciuit. Dei lib. vij. cap. 26. Et Ouidius exigendi cauſam hiſce verſibus prodit.

Dic inquam parua cur ſtype quærat opes
Contulit æs populus, de quo delubra Metellus
Fecit ait, dandæ mos ſtypis inde manet.

Et Cicero in ſeueriſſimis illis ſuis et ſanctiſſimis temporibus leges ſic iubet, præter Ideæ matris deum famulos eoſque iuſtis diebus, ne quis ſtypem cogito rationem addens inquit, Stypem ſuſtulimus niſi eam quam ad paucos dies proponam, Ideæ matris ex-

cepimus, implet.n.ſuperſtitione animos & exhau-
3 rit domos, Funebres ludos quãuis ad publicã lætiti am nõ attincãt, in ludorum tamẽ mentione inſerã, quos tẽperãdi cauſa fortaſſe dolores apud veteres inſtitutos fuiſſe compertũ eſt, in alicuius primarij uiri honorem. Vnde Virgil. Aeneid. 5. Anchiſæ tu mulum iiſdem decorat. In funebribus ludis multa ædebantur ſpectacula, ut turba retineretur: emittebantur aliqua quandoque gladiatorum paria, qui mos Romæ primò fuit inſtitutus a M. L. et Decio Brutis, qui defuncto patri eum honorem exhibuere, ut Titus Liuius & Valer. Max. memorant. Aediles qui curam funebrium ludorum habebãt decem tantum tybicines iuſſerant funerum pompa intereſſe, qui, dum iuſta perſoluerentur, canerent, unde Ouid. Faſt. vi.

Cantabat mæſtis tibia funeribus,
Adde quòd ædilis pompa qui funeris irent
Artifices ſolos iuſſerat eſſe decem. Statius in Tebaide.

Cùm ſignum luctus, cornu graue mugit adunca
Tibia, cui teneros ſuetum producere manes,

Hos Flamini audire putabatur illicitum. Iubebat autem religio, ut maioribus mortuis tuba, minoribus tibia caneretur. Hi Siticines etiam appellabãtur, ut ſcripſit Atteius Capito, quòd apud ſitos, ideſt, uita functos canere conſueuiſſent, ubi conueniebat modus, qui in muſicis Phrigius appellatur, inuentus a Pelope Phrygio, ut Lactantius grãma

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

ticus tradit, & aptus ad euocationem animarum. Hinc apparet, quomodo facti ſpecies in Modeſtini reſponſo fingi poſſit eruditius, quàm aliqui ſoleant recitare, in. l. legatum. ff. de uſufru. legat. Legatū Ciuitati relictum eſt, (inquit Modeſtinus) ut ex reditibus quotannis in ea ciuitate memoriæ defuncti cōſeruandæ gratia ſpectaculum celebretur, quòd illum celebrari non licet, pro qua etiā re adeas Al

5 *ciat. Parergon. lib. 1. cap. 22. Plebei ludi teſte Aſcanio inſtituti fuerunt exactis Regibus pro libertate, aut reconciliatione plebis, Dionyſius uerò Alicarniſeus lib. 2. circa finē, hos ludos fieri ſenatum decreuiſſe dicit, cùm nuncupata eſſent uota ab Aulo Poſthumio Dictatore pugnaturo cum deſciſcentibus Latinorum urbibus, conantibuſque Tarquinium in regnum reſtituere, decreuiſſe quotannis in ſacrificia atque certamina quingentas argenti minas, & uſque ad bellum Punicum hoc impendiſſe in eam ſolennitatem: ipſos deinde ludos quales eſſent & quomodo fierent, longa oratione deſcribit, quod quia longum nimis eſſet referre, prætermit-*

6 *tam. Appollinares uerò ludi in Appollinis honorem dedicati erant, quorum præcipue hæc traditur origo: Bello enim Punico ſecundo hi ludi ex libris Sibyllinis primum ſunt inſtituti, ſuadente Cornelio Rufo Decemuiro; fertur autē in carminibus Martij Vatis inuentum eſſe ita ſcriptum, Hoſtem Romani ſi ex agro pellere uultis, uomicamque quæ gentium uenit longe, Appollini cenſeo uouendos lu*

dos ; qui quotannis communiter Appollini fiant. His ludis faciendis præſit is prætor, qui ius populo, plebiq́ue dabit ſummum : Decemuiri Greco ritu hoſtijs ſacra faciant. Hoc ſi rectè facietis, gaudebitis ſemper, fietq́ue Reſpublica melior : nam is diuus extinguet perduelles ueſtros, qui ueſtros campos paſcunt placidè. Itaque Decemuiris præceptum eſt, ut Græco ritu ſacra Apollini fierent, & in eam duodecim millia æris Prætori, & duas hoſtias maiores dari, Apollini, boue aurato, & capris duabus albis auratis, Latonæ, boue fœmina aurata ludos in circo populus coronatus ſpectare iuſſus. Hec ex Macrob. Saturnal. primo cap. 17. qui non tantum uictoriæ, ſed etiam ualetudinis gratia inſtitutos prodit. Horatius in Hymno ad Appollinem, & Dianam libro primo.

Dianam tenere dicite Virgines
Intenſum pueri dicite Cynthium
Latonamq; ſupremo
Dilectam penitus Ioui, & paulò poſt,
Hic bellum lachrymoſum, hic miſeram famem,
Peſtemq; à populo, & principe Cæſare
In Perſas atque Britannos
Veſtra motus aget prece,

7 *Hic etiam obliuioni non fore dandos ſeculares Ludos exiſtimo, qui centũ quibusq; annis, uel ut Ho-*

ratius in ſeculari carmine ſcribit , anno centeſimo decimo fiebant. Inſtituti autem primi ludi Seculares a Publio Valerio Publicola, qui primus Conſul fuit, exiſtimantur: etenim laborantibus peſtilētia Ciuibus, apud aram Ditis & Proſerpinæ Tarenti poſitam, publicè nuncupatis uotis, atrum bouem Diti pro maribus, concolorem pro fœminis iuuencā mactauit, ludosq; & lectiſternia trinoctio fecit, & aram terra, ſicut ante fuerat, exaggerata, occuluit inſcriptam titulo iſto P. Valerius Publicola frumentarium campum Diti & Proſerpinæ conſecraui, & ludos Diti & proſerpinæ Romanorum ſalutis ergò feci. Inſtantibus ludis tota Italia præcones miſſitabantur, cònuocatum ad ludos, qui nec ſpectati, nec ſpectandi iterum forent. Tum æſtatis tempore paucis antequam ſpectacula æde bantur diebus, Quindecim uiri ſacris faciundis in Capitolio et Palatino templo pro ſuggeſto conſedētes piamina diuidebant populo, quæ erant ſulfur et bitumen: nec tamē ad ea ſeruis, quoq; accipienda ius ullū. Coibat autem populus, cū in ea quæ ſuprà relata ſunt loca, tum præterea in Dianæ templum, quod erat in Auentino, & cuique triticum, hordeum, faba dari mos: tum inſtar Cereris initiorū peruiglia fiebant. Vbi uerò iam aduenit feſtus dies triduum trinoctiumq; ſacris intenti in ripa ipſa maxime Tiberis agitabāt, ſacrificia uerò Ioui, Iunoni, Apollini, Latonæ, Dianæ, prætereaq; Parcis, tū Cereri & Diti et Proſerpinæ ſuſcipiebātur. Igitur

ſecūda primæ noctis hora princeps ipſe tribus aris ad ripam fluminis extructis totidē agnos, et unà Quindecim uiri immolabant, & ſanguine imbutis aris cæſa uictimarum corpora concremabant. Conſtructa autem ſcena, in theatri morem, lumina & ignes accendi, & hymni cōcini ad hunc uſum tū maxime cōpoſiti, et itē ſpectacula ędi ſolēniter ſolita, data celebrātibus hac mercede, tritico, faba, hordeo, quas res ſupra inter uniuerſum populum diuidi oſtēdimus. Manè uerò Capitolium aſcendere, ſacra ibi de more agitare, tum in theatrum conuenire ad ludos in honorem Apollinis et Dianę ſacium dos conſueuerunt. Sequenti die nobiles matronæ, qua hora præcipitur ab oraculo conuenire in Capitolium, ſupplicare Deo, frequentare lectiſternia, canere hymnos ex ritu mos habebat. Tertio denique die in templo Appollinis Palatini ter nouem pueri prætextati, totidemque uirgines, patrimi omnes, matrimiq; græca Romanaq; uoce carmina & pœanas concinebant, quibus Imperium ſuum & incolumitatem populi Dijs immortalibus commendabant. Ludorum omne genus fiebat omnibus theatris æditis ſpectaculis noctu pariter atq; interdiu. In his illud in Auguſto memorabile fuit, ꝙ ludis iſtis iuuenes utriuſq; ſexus prohibuit ullum nocturnū ſpectaculū frequētare, niſi cū aliquo maiore natu propinquorū. Præter ea quæ diximus, eorū originē cauſamq; nominis, & item quot annorum interiecto ſpatio quotiesq; facti, copioſe & abundan

8 *ter Politianus agit in ſuis Miſcellaneis. cap.58. Se cularium ludorum exemplo motum credimus fuiſſe Bonifacium octauum Pontificem Maximum ad inſtituendum annum quē Iubileum appellant, centeſimo quoq; anno reuoluendum, ut habetur in extrauaganti antiquorum, de pœnit. et remiſſ. quem Clemēs ſextus ad quinquageſimum reduxit, Hebræorum exemplo, ut legitur Leuiti. cap. 25. Et quem poſtea Sixtus Quartus ad xxv. annum retraxit, extrauagante quemadmodum, eod. titu. De quo Iubilei anno diſſerit Albericus in dictionario in*
9 *uerbo, Iubileus. Nunc ad Circenſes ludos pergamus: fiebant in Circo, ubi loca erant ſubſelliaque equitibus patribusq; deſignata, primus Circū Tarquinius deſignauit Priſcus, ſpectaculum faciebant equi, pugilesq; ex Hetruria acciti. Horum ritum Tranquillus in Cæſare ſic deſcribit, Circenſibus inquit ſpatio Circi ab utraq; parte producto in gyrū Eurippo addito, bigas, quadrigas, et equos deſulto rios agitauerunt nobiliſſimi iuuenes, Troiam luſit turma duplex maiorum et minorum puerorū. Troia autem erat equeſtre ſimulacrum, ſeu umbratica equitum pugna, in qua equi in orbem ſe inuicem petebant ut ſupra dixi. Circenſes primus Romæ fecit Romulus quarto menſe ab urbe condita, ut ſcribit Fabius Pictor, qua die Sabinas rapuit. Circenſes autumat Seruius grammaticus dici quod enſibus circundarentur, nam cùm rudis uetuſtas loca huiuſmodi ludis non apta ædificaſſet, inter enſes et*

flumina eos agebãt, ut ignauis utrinq; præſens eſſet periculum. Poſtea Tarquinio Priſco Rege locus eſt deſignatus Circo, qui poſtmodum Maximus fuit dictus. Sacri fuerunt hi ludi Conſo Deo, quòd Conſiliarius eſſet, ſiue Neptuno equeſtri, cui ara erat in Circo maximo poſita, quę reliquũ tẽpus latet, in equeſtribus uerò certaminibus aperitur: unde Cõſualia feſta dicta, quibus diebus ab operibus ceſſabant equi et muli, ſertisq; redimebantur. Autores ſunt Liuius, Valerius, Dioniſius & Plutarchus.

SVMMARIVM.

1 Gladiatorum ſpectacula quæ & qualia forent, et Retiarii ſecutores Mirmillones qui fuerint, Hoplomachique & Thraces & qui Laniſtæ fuerint.
2 Gladiatores ordinarii, poſtulatitii & conſummati qui dicti fuerint, & quid Samii & Andabatæ.
3 Quæ ordinaria & quæ extraordinaria dicantur.
4 Conſumatus homo quis dicatur.
5 Gladiatorum horrenda ſpectacula cur fuerint inſtituta & quomodo abolita.
6 Dirimachius lapidibus obrutus.
7 Venationum ſpectacula quæ & qualia fuerint & de damnatis ad beſtias, & uenatione nobilium.

I *GLadiatorum quoq; minime ſunt horrenda ſpectacula prętereunda, qui gladijs dimicantes mutuò ſeſe confodiebant. Horũ genera erãt Retiarij, Secutores, Mirmillones, Hoplomachi, Thraces,*

nam compoſiti gladiatores per paria diuerſa nomina ſortiebantur. Alteri enim dicebantur Retiarij, qui rete iaciebant, Secutores perinde retiarios fugientes, uel fugam ſimulantes ſequebantur, Mirmillones ſic dicti à genere armaturæ mirmillonico quod Gallicum erat, ipſi mirmillones antea Galli appellabantur, ut quorum galeis piſcis effigies inerat, quod genus pugnæ inſtitutum eſt à Pittaco uno ex ſeptem ſapientibus, qui aduerſus Phrinonem dimicaturus propter controuerſias finium, quæ erant inter Atticos & Mitylenęos, rete occultè allato Phrinonem impediuit. Horum autẽ magiſtri & inſtitutores Laniſtæ dicti ſunt, quòd laniandis præeſſent gladiatoribus, ſub quorum dominatu & quibus hortantibus homines gladiaturam exercerent, atque in mutuam necem reuerẽt.

2 *Gladiatorum præterea alij ordinarij, alij poſtulatitij, aliqui conſũmati dicuntur: ordinarios accipimus in primis gladiaturæ peritos, ſuoque apparatu et ritu inſtructos, qui digladiaturi producerentur, ſpectatorum uoluptati, quique ex conſtitutione uel conſuetudine exhiberi ſolita erant, ſicut ordinaria ſunt Iuriſconſultis, cùm fundis quotannis tantum præſtare domino uel principi debet:*

3 *Extraordinaria quæ præter morem ex inopinato inducuntur: Poſtulatitios intelligimus ſuppoſititios, qui recentes feſſis ſubijciebantur, uel qui poſtulante populo præter ordinarios & conſuetos exhiberi principis benignitate conſueuerunt: Con-*

ſummatos intelligimus gladiatores ueteranos, qui iam artis vſu diuturno occalluiſſent, vel ſi placet rudiarios, ſic enim Priſciano interprete dicuntur, qui rude donati gladiaturam deſerunt, & publicè alimenta capiunt. Conſūmati ergo gladiatores dicebantur emeriti, ſicuti milites conſūmatos appel
4 *lari quandoque animaduertimus, & conſummatum hominem perfectum. Martialis.*

Quòd magni Thraſeæ cōſummatiquè Catonis, Collumella, nullus eſt conſummatę ſapientiæ. Erant & Samij gladiatores, quos appellatos arbitramur, muſtæ frontis, ac (vt Plinius inquit) inſcriptæ, uel certe vulneribus crebris conſciſſæ, ac cicatricoſæ, quoniam Samiorum frontibus, ſicut in Pericle docuit Plutarchus, Athenienſes ſtigmata inuſſere. Habebantur inter gladiatores Andabatæ quoque, qui clauſis depugnarent oculis, vnde factum prouerbium, De his omnibus ſcriptum inuenies apud Ciceronem, Cælio interprete lib.
5 *xi. apud Senecam, atque Budeum. Neque illud ignorandum eſt, ideo inſtitutos fuiſſe gladiatores, & ut profecturi ad bellum Imperatores, munus æderent gladiatorium, ac venationes, vt Ciuium ſanguine ſic fuſo pugnæ quadam imagine inſueſcerent milites vulnera ſpectare, ac cædes & hoſtium congreſſum non expaueſcere. Conſtantinus Imperator huiuſmodi cruenta ſpectacula de republica lege lata ſuſtulit, eaque de cauſa quòd vt ſcribit Otho Cronicorum lib. quarto, cap. xix.*

Arcadio, Honorioque Imperatoribus, Damaſoque Pontifice Romam ab Oriente uenit Dirimachius
6 *quidam monachus, qui cum ſpectaculo gladiatorio uidiſſet Pop. Rom. operam dare & huiuſmodi lætitiæ genus ceù dirum inhumanumque abominaretur, Tribunitia quadam facundia pluribus cum populo uerbis egit, vti Laniſtas urbe eijceret, & ab eorum miſſibus ſpectandis abſtineret. Verùm nihil obtinuit, ſed potius eam intempeſtiuam ſapientiam non tulit populus, lapidibusque decla mantem obruit, qua de cauſa irati Imperatores Dirimachium in Diuorum numerum retulerunt, martyremque appellarunt, & lege lata ſanxerunt, ne gladiatores uſquam eſſent, verum eorum cruenta ſpectacula de republica penitus tollerentur: quam legem nos etiam habemus Codicis lib. xi. ſed ſub alterius nomine, uide Alciat. lib.*
7 *Parergon. 2. cap. xlv. Venationes ſpectacula fuerunt, in quibus poſitæ in theatro feræ, ut leones, elephanti, tygres, gladiatoribus congrediebantur, vſque ad mortem & caſum alterutrius partis: in venationibus & gladiatorijs ſoli conducti aut damnati, & ambitioſi ad oſtentationem ſuarum virium adhibebantur, quoniam maximum vitæ diſcrimen imminebat: in ludum uenationum ſerui damnari ſolebant, l. aut damnum. §. quicunque. ff. de pœnis, non ad feras per ſaltus indagandas, ut Accurſius exiſtimauit, ſed ad voluptatem populi ad feras in arena confici-*

endas, vt enim erat ludus gladiatorius in quo ad gladiaturam inſtituebantur, ſic erat ſchola in qua ad venationem beſtiarij exercebantur. Qui autem inuiti ſic inſtituebantur, in venatione ad beſtias damnari dicebantur, quæ pœna longè mitior, quam beſtijs obiectorum eſt. protinus enim hi laniebantur à feris, & hos beſtijs ſubiectos Iureconſulti vocant, vt in. l. pœna, de pariè. l. reſpiciendum §. fina. de pœn. hanc differentiam ſi diligenter aduertamus in Pandectis ſæpe eſt inuenire, l. qui vltimo l. ad beſtias, de pœn. vbi Accurſ. aliter intellexit, quam iuxta uerum ſenſum accipi declarat Budeus. Alia eſt venationis ſpecies, regum & nobilium virorum propria, de qua plura Tiraquell. de nobilit. cap. 37.

SVMMARIVM.

1 Saltationis materia explicatur, & primo unde ſumpſerint originem.
2 Qui delectati fuerint ſaltatione & apud quas nationes in uſu fuerint, & quantum olim ſaltationi tributum ſit.
3 Saltationum ſpecies olim quæ fuerint remiſſiue.
4 Ignibus cur uti ſolitum ſit in publica lætitia.
5 Ignis natura.
6 Ignis inter Auguſtales honores habitus.

1 NVnc de ſaltatoribus reliquũ eſt ut aliqua in mediũ adducamus: quãdoquidẽ nullas paulò antiquiores nec neotericas fuiſſe cerimonias uel feſtiuitates conſtat, quibus non adhiberetur ſaltatio: de origine eius prius dicemus, ac de nobilitate rei ac excellentia. Affirmant illam unà cum mundi ac omniũ rerum generatione natam eſſe, & cum amore Deo illo uetuſtiſſimo in lucem prodiſſe. Etenim ipſa ſyderum chorea & errantium cum non errantibus coniunctio, eorundemq; modulata et cõcinna participatio, atq; illa bella tum pulchre inſtituta harmonia primogenitæ ſaltationis argumẽta fuerunt, & indicia certiſſima. Ea uerò temporis progreſſu ſubinde incrementis aucta maioribus, neque nõ additiones melioris inuenti ſortita non modicas, ſummo nũc abſoluto uidetur eſſe faſtigio, ac res eſſe omnifariam uana, & omnibus modis concinna & congruens, tum bonum multiplicis ornatus & ſcientiæ. Hoc ſaltandi artificio aiunt Rheam potiſſimũ
2 oblectatam, in Phrygia Choribantas, in Creta autem Curetes ſaltare iuſſiſſe. Feſtiuitates diximus nullas apud ueteres nunquam fuiſſe celebratas citra ſaltationẽ, quòd a magnis quidem profecta autoribus uidetur, quippe Orpheo & Muſæo optimis tum ſaltatoribus, qui & hoc ut cætera omnia honeſtiſſimum quiddam legibus ſanxiſſe uidẽtur, initiari cum Rythmo & ſaltatione, & qui linguæ uitio & incontinentia myſteria prodidiſſent, ple-

riq; eos deſaltaſſe dictitarunt. Porrò autẽ in Delo nulla ſacra peragebantur, quibus ſaltatio non fuiſſet adhibita, ſed cum illa & cum muſica cuncta perſoluebantur. Ingreſſi uerò puerorum chori tibia & Cythara præcinentibus, ſaltabant, quos ſubſecuti optimi facto delectu excipiebant. Itaq; & cãtilenas illiuſmodi choris conſcriptas hyporchemata nominare conſueuerunt. Quid uerò Grecorũ gẽtes commemorem? cum Indi quoque poſtquam mane è ſtrato ſurrexerint, Solemq; precibus uenerati fuerint, illum ad Orientem conuerſi ſaltatione ſalutãt. Aethiopes atque Aegyptios prætereo, illi enim non alia quam ſaltandi ratione ſignis collatis bellum ingrediebantur: Hi aũt Protheum Aegyptium ſaltatorẽ habuerũt eximium. Sed poſteaquã Indiã Aethyopiã & uicinã Aegyptũ peragrauimus, Romã orationẽ diuertã, ubi nobiliſſimi quiq; quos uocabãt Salios Marti Deo bellicoſiſſimo ſaltabant grauiſſimè & religioſiſſime: Dionyſiaca & Bacchica expediam, eorum totam actionem nihil aliud quam ſaltationem cõplexam fuiſſe. Ad hæc etiam plurimum attinet Iudeos patres ſaltandi peritos fuiſſe, & in ſacris illa uſos eſſe, Regum. 2. cap. vi. ſcriptum eſt, quod Dauid adduxit arcam Dei de domo Obededom, et erant cum Dauid ſeptẽ chori, & uictima uituli, cumq; progreſſi eſſent, hi qui portabãt arcam domini ſex paſſus, immolabãt bouem & arietem, et Dauid ſaltabat totis uiribus ante Dominum. Et percuſſo Philiſteo Dauid cum

reuerteretur, egreſſæ ſunt mulieres de uniuerſis ur bibus Iſrael cantantes, chorosque ducentes in occurſum Saul in tympanis lætitiæ & in Siſtris, & præcinebant mulieres ludentes, Reg. 1. cap. 18. et leguntur choreæ ductæ ab Iſraelitis coram uitulo, exodi 32. Cæterum ubi aram ſaltantes obibant, ita more condito ſeruabãt, ut ab ſiniſtris dextrorſum pergerent prius, Zodiaci quadam imagine, cuius motus cœlo diuerſus appareat, ab occaſu ad exortum, inde a dextris leuam uerſus pro ratione cœleſtis uertiginis. Saltatione item plurimi delectati ſunt, præſertim Homerus item & Heſiodus. Siquidem Homerus cum res mortalium longe iucundiſſimas iuxta ac elegantiſſimas, uno quaſi faſce coniũctim afferret, nempe ſomnum, amorem, cantum, atque ſaltationem, hanc ſolam præclaro nobilitauit encomio, inculpata eadem nominata. Ac apparet Homerum omnes res mortalium in duo tantum diuiſiſſe tempora, nempe in bellum & pacem, cæterũ rebus bellicis tantum hec oppoſuiſſe, tanquã præſtantiſsima pacis ſtudia. At uerò Heſiodus qui nõ ab alio percenſente hoc auditu percepit, Sed ipſe ſtatim ſub auroræ exortũ Muſas ſaltãtes uiderit, in carminis ſui initio de illis hoc ſummũ et elegantiſſimũ nõ eſt ueritus referre encomiũ: Nimirũ eas circa fontem floridũ mollibus ſaltare pedibus, iuxta patris aram agentes tripudium. Quin Appollinẽ Pindarus Orcheſtem dicit, hoc eſt ſaltatorẽ, quod & Homerici comprobarunt hymni. Quinimo etiã alicubi ſaltantem comperies Iouem, Deorum (ut ue

teres intelligi uoluerunt) principem. Cæterum So crates ipſe uir omnium ſapientiſſimus, non tantum laudibus ſaltationem extulit, ſed illi quoq; uacare non erubuit, plurimum tribuens uenuſtæ concinnitati, & elegantiæ, tum apto motui, neq; non mouentis afformationi, nec ueritus eſt iam natu grã-
3 *dior, illam inter ſerias habere diſciplinas. Saltatio nũ plures fuerũt ſpecies, Enoplia, Pirricha, Theleſias, Cordax, Sicinnis, Hormus, Phrygia, & aliæ etiam cõplures, quos ego breuitatis gratia prętermitto, intelligẽdi cupidos ad Cœlium in quinto rei ciens, qui ex uaria auctorum lectione congeſſit, plurima etiam à Luciano mutuatus, et ad Platonẽ de legibus ſeptimo, ubi nonnullas eius ſpecies commendat, nonnullas uero in totum reprobat, Nos præter choreas ſcenicos, xiſticosque ludos, & umbratica certamina, atq; pugnas, quibus armorũ cupida iuuẽtus exercẽdo delectatur, publicã ſolemus lętitiã ignibus ubiq; locorũ extructis, et bõbãrdarũ mirãdo ſtrepitu cõcelebrare. Qua verò ratione cõparatũ ſit, ut hac noſtra ætate frequentior ſit publice alacritatis cõcelebratio ignibus ꝑ turres, et uias paſſim erectis, nõ ſatis cõpertũ ex alicuius lectione eſt mihi, niſi uerũ ſit ꝙ domus igne ſuccẽſo lętior et honorabilior uideatur, uidemus etenim ĩ noſtra relligione obſeruatum, ut legendo Euãgelio luminaria accendãtur, nõ ad fugãdas quidẽ tenebras ſed ad lætitiã oſtendendã. Alia etiã ratio addi poteſt, ꝙ nobis in immortalitatis argumentum ignis*

datus eſt, quia è cœlo eſt, cuius natura mobilis eſt, & ſurſum nititur, & ideo uitæ rationem continere dicitur. Vndè certiſſimum illud eſt, quoniã cœleſte animal ſit, hominem ſolum igne vti, cætera uerò animalia cũ omnino tota ſint mortalia, tantummodo aqua utuntur, quod elementum corporale & terrenum eſt, cuius natura, quia item mobilis eſt, ſed deorſum vergit, mortis figuram oſtẽdit. Quamobrem, ut diutina, perpetuaque alacritate fruamur, qua animi quoque noſtri nimium quodammodo efferuntur, incendijs in huiuſmodi ſolemnitatibus utimur, & cupimus, ſicuti virgines illæ Euangelicæ, noſtræ iucunditatis accenſas lampades ſemper habere. Maioris etiam honoris gratia potuit id fuiſſe inductum, nam ignem inter
6 *Auguſtales honores relatum legimus apud Herodianum, præcipuè in Commodo, qui cum animum ſuum Martiæ concubinæ penitus dedidiſſet, ad eamque conſilia & uota ſua referret, atque ita deferret, uxoria quadam conſuetudine cõiunctus, ſuper omnes honores ignem eidem ueluti Auguſtæ tribuit, uel quòd nobiliſſimum quoddam ignis exiſtat, in ipſa natura, & motio quędam ſit, uel cum motione totius generatio: quare & nobiliſſimi animi noſtri allata iucunditate moti geſtientes, tunc ignibus maximè delectantur, quibus ineſt quidam uigor atque cœleſtis origo. Vnde à Plutarco memorię proditum eſt in Camillo, nihil preter æternum ignem ſeruatum eſſe, & à Numa Rege,*

tanquam

tanquã omnium principiũ eſſet venerari inſtitutũ.

SVMMARIVM.

1 Pecuniæ ſparſionis uarius uſus in publica lætitia.
2 Abolitio criminum & relaxatio detentorum in carceribus concedi ſolet in publica lætitia.
3 Campanarum ſonitu publica etiam lętitia celebratur.
4 Campanarum uſus unde fuerit inductus.
5 Quis primus campanarum uſum in Eccleſia induxerit.
6 Campanarum uſum etiam apud antiquos fuiſſe cõprobatur.
7 Saraceni campanis cur non utantur.
8 Campanarum utilitates, & commoda enarrantur.
9 Campanarum materia remiſsiue.
10 Scenicorum ludorum materia & primo vnde dicti ſint.
11 Scenici ludi unde originem traxerint.
12 Tragedia vnde dicta ſit.
13 Comędia unde ortum habuerit & unde dicatur, eiusque progreſſus apud Græcos qualis fuerit explicatur.
14 Scenici ludi qualiter ad Romanos irrepſerint & qui ludiones & hiſtriones dicantur, & feſcenini uerſus.
15 Fabularum genera ex Græcia adducta & Satyræ ſpecies duplex.
16 Scena quomodo eſſet inſtructa & quomodo Tragediarum ſcena & comicarum.
17 Fabularum genera que fuerint.
18 Mimi qui dicantur, Pantomini, Ethologi *&* Ethopei & hi omnes notantur infamia & hypocritę & hypocriſis quid ſit.
19 Tragedia Comędia & Satyra quomodo differãt, & quomodo ſit extincta Satyra.

1 Olebant quoq; pecuniæ ſpargi, & miſſilia in uulgus proijci profuſa liberalitate.§.penul.inſtit.de rer.diuiſ.quorum vſus poſtea fuit ſublatus, l.ij. C.de Conſ.lib.xij.& poſtea permiſſus,ſed temperatus, in auten. de Conſ.in prin.Conſueuerant etiam in his ſolennitatibus crimina aboleri, l. abolitio,
2 ad Turpil.& carceribus detenti liberari, Mathe.
3 xxvij. Ioann. xviij. &c. Pro ſigno præterea huiuſmodi demonſtrandæ lætitiæ, creberrime & ante omnia Campanarum ſonitu uti hac tempeſtate ſolemus, quæ multorum actuum ſigna explicant, Bald. in rub.C.de dediti. tra. lib. tollen. Innocen. Hoſtien. & alij in c. i. de off. cuſtod. Et quamuis vulgaris admodum & tritus ſit earum vſus, atq; de eis acturi in humili propè campo vagari videamur, nihilominus quoniam diuino cultui apprimè ſunt neceſſariæ, de vſu & earum inuentione diſſe
4 remus. Credimus autem eas hac de cauſa indictas fuiſſe, olim enim ueteribus Hebræorum patribus fuerat à Deo opt. max. conſtitutum, vt ſi quando populus ad ſacrificia conuocandus fuiſſet, tubis clangerent, quibus etiam humanum genus Chriſtus ad iudicium nouiſsimè aduocaturum profeſſus eſt, hoc exemplo moti Chriſtiani Pontifices, conſtitutis quibuſdam horis, quibus Chriſtiani ſacris intereſſe deberent, difficillimaq; foret Chriſtiani populi propter innumeram multitudinem conuocatio, tubis ad orationem excitare,

atque ad ſacras ædes aduocare cœperunt, & Paulinus Nolæ Epiſcopus primus campanas in hunc vſum inſtituit, quē poſtea cæteri imitati ſunt. Hinc nolam pro campana dici obſeruatum credimus, & autoritatibus duabus atq; hiſtoria fulcire poſſumus huiuſmodi inſtrumentum veteribus fuiſſe, aut certè aliquod huic proximnm, quo remotioribus ut conuenirent, daretur proponereturue ſignū, Valer. Martial. in Apophoretis.

Redde pilam, ſonat æs thermarū, ludere pergis,
Virgine uis ſola lotus abire domum.

Aes nanq; termarum tintinnabulum, quo è Gymnaſio lauaturi reuocabātur ad thermas paulò poſt claudendas, & monetur is qui in Gymnaſio eſt, vt ſi lauari vult, ſonante tintinnabulo properet, nam paulò poſt, nō erit lauandi locus, clauſis thermis, oportebitque lauari aqua frigida, ſiquidem lauari volet, Iuuenalis.

Tot pariter pelues, tot tintinnabula dicas.

Hiſtoriam uerò ad hoc ipſum præcipuè attinentem apud Strabonem aduertimus. Iaſſus inquit incolas habet, parte plurima piſcitio & piſcatu uictitantes, cùm infecunda ferè ſit regio, uerum piſculenta. Hinc iucundum narratur factum, documento etiam magno futurum, quantum nos ſæpe fallat opinio, oſtentabat inibi Citharœdus artem, audiebant, vt tum uiſum eſt, attentius Iaſſei omnes, mox verò ut æditum tintinnabulo ſignum uendendo piſcitio eſt, confeſtim cum ſua ſibi muſica deſti-

tuto artifice auolarunt omnes, uno uix excepto, qui oblæſo erat auditu, proinde captum eum artificij ſuauitate opinatus Cytharædus propius accedens, eſt quod agam gratias (inquit) & quidem maximas tum ꝙ Muſicæ negligens haud quaquam videre, tum quod deſpectui me prorſus non habueris: nam reliqui quamprimum tintinnabulo cecinit ſignum piſcarium, dicto citius hinc ſe proripuere: at is velut commotior, ac excitatior, An (inquit) increpuit æs? eo uerò annuente, Bene tibi ſit (inquit) magiſter optime, ac conſurgens feſtinabundus accurrit ad uiuarium ipſe quoque. Ex his deprehendimus id inſtrumentum, non cenſeri nouitium inuentum, quãuis crebrius apud Chri-
7 *ſtianos poſtea fuerit. Vndè Sarraceni quãuis multum commendent, quia Chriſtiani præuenerunt, eo uti nolunt, vt inquit glo. in Clem. i. de Iud. & ſar-*
8 *rac. Maximo etiam vſui & cõmodiſſimo campanæ fuerunt, poſtquam in earum mentionem incidimus, nam earum ſonitu horas diſtrinxit in eccleſiis officij gratia Sabinianus Tuſcus Pontifex. LXV. & creditur præterea mirabilem illarum ſonitu poteſtatem ineſſe, quippe immundos & infeſtos aereos ſpiritus propellendi, quia diuino præcipuè cultui dedicatæ in templis conſtitutæ, his diſpliceant ſummopere. Habent etiam proprietatem dimouendi nubila, tonitrua, denſioresque grandines, repercutiente ac findente ſonitu conſpiſſitudines. At ſi campa-*
9 *narum materiam diffuſè tractatam noſce deſide-*

ras, vide Gulielmum Durandi in tractatu de ratio
ne diuinorum officiorum, lib. 1. cap.4. de campa-
nis. Vide etiam Ioan. And. & Panor. in. cap.i. de
offi.cuſto. ubi eſt ad panorm. appoſtilla appoſita nõ
10 *contemnenda. Modo de Scenicis ludis agere opor*
tet, dictis à ſcena in qua celebrabantur, à theatri-
cis actoribus: & quoniam hic locus ita poſtulare
videtur, quæ ſparſim multis in locis legenda pro-
ponuntur, hic omnia vna ſerie contexam, quò me
lius intelligantur, et primũ de eorum origine apud
Gręcos, poſtmodum apud Romanos. Nam imita
tio ex Græcia manauit in Italiam, veteres igitur
in Græcia agricolæ, cùm ſacrum Libero pro anni
prouentu facerent, eius geſta, victorias, ſubactoſ-
que reges, illius triumphos & regum calamitates
11 *concinnebant, cœpit pręmium induſtriæ præponi ca*
per, uel capri ſacrificati corium vini plenum, & in
genia tum præmio non parui apud ruſticos & te-
nues precij, tum oſtentandi ſui gratia carmina con
finxerunt, incondita primum, paucaque, deinde vt
fit, plura, et elimatiora, cumq; in deuictis à Libero
regibus parum eſſet in ſingulos annos materiæ, ad
reliquos reges illis calamitatibus ſimiles itum eſt,
12 *deque ipſis multa ſunt cantata: Atque hæc nun-*
cupata tragedia eſt ἀπὸ τῶν τραγὸν, hoc eſt bir-
co, quem accipiebat uictor in certamine, vel à feci
bus vindemiarum, quibus ora perungebantur,
quas Græci trigas uocant. Comœdiam, ſunt qui eiſ
13 *dem cęptam ſacris uelint, alij ſacris Apollinis No*

mij,hoc eſt paſtorum, vicorumque pręſidis,' quidã
per idem tẽpus utriq; deo ſacrificære tradũt,dicam
quod eſt vulgatius, Atheniẽſibus ꝑ pagos adhuc
diſperſis nec dum coactis in vrbem a Theſeo, agri
colæ peractis ſacris tum eos,qui ĩſacrificio fuerãt,
tum etiam viatores ſalſis dictis impetebant, riſum
que excitabant ſpectatoribus,urbe conſtructa ſolẽ
ni & ſtato tempore uetere more agricolæ in urbem
ueniebãt plauſtris uecti,faceta dicacitate modo ru
ſticos,modo etiam pleroſq; urbanorum inceſſẽtes,
præcipuè ſi à quocunq; erant iniuria affecti, et hæc
quidem Comœdia eſt dicta, ἀπὸ τῶν κομον ideſt à
uitijs pagiſq;,in quibus agebatur,uel quòd in uijs
laſciuirent,et dictis petulantioribus luderent.Pla
cuit hic mos urbano populo,& eis qui dicendo ua-
lebant, ad eruditius ſcribendum de eo, argumenti
genere carmẽ ſunt adhortati,Ita ſenſim ruſtici ſunt
excluſi,qui ſimplicitate ſua ſiue odio, ſiue inuidia
momorderunt quidem,ſed non cruento morſu. Poe
te urbani primum acrius cùm taxaſſent Ciuium fa
cta, profuerunt nonnihil,quòd à ſceleribus multos
metu retrahebant. Cæterùm cæperunt affectibus
uel ſuis uel amicorũ ſeruire,ſimultates aſperè exer
cere,ſtylis pro telis abutentes,principeſq; uiros in
terdum nihil cõmeritos in ſcena proſcindere, idq;
nominatim. Quod cùm paſſus eſſet Alcibiades ab
Eupolide in Baptis fabula,illum corripi iuſſit, ac
mergi in mare,nam tum forte Alcibiades Impera
tor erat,claſſemq; habebat in Piræo,cumque mer

*geretur poeta , illud ſubinde Alcibiades ingere-
bat, Tu me in ſcena ſæpe merſiſti Eupoli, ego te in
mari. Huius exemplo ſatis territis poetis ſucceſſit
lex opera Alcibiadis lata, ne quem liceret nomina
tim in Scena taxare. Ita genus illud Comœdiæ abo
litum eſt, dictaq; eſt uetus Comœdia. Succeſſit me
dia, qua obliquis dictis perſtringebantur multi ta
citis nominibus, & ea uenit in ſuſpicionem nobili-
tati, tanquam ſua facta notarẽtur, ita in totum eſt
ſublata, repertaq; eſt noua, que de mediocribus per
ſonis luſit, confictis nominibus & argumento tam
alieno ab his, quæ faciebat nobilitas, vt manife-
ſtum eſſet quoſuis potius quam nobiles perſtringi,
deinde affectibus tam moderatis, ut nemo de ſe di
ci etiam nominatim ægrè admodum tuliſſet. Huius
Princeps fuit Menander qui cum Alexandro Ma
cedone uixit, paulò minor eo, vetus bellis Pelopo
neſiacis uiguit, in quo Ariſtophani plurimi deferũt
palmam, quãuis in media multũ eum ualuiſſe di-
cant, ſed haud dubie Antifanes Lariſſeus fuit in eo
genere facilè primus. Atq; hęc quidem in Græcia:
Romæ uerò, cum anno ab urbe condita circiter qua*
14 *dringẽteſſimũ, Tito Sulpitio Potito, Caio Licinio
Stolone Coſſ. et ſuperiore anno laboratum eſſet pe
ſtilentia, & eodem laboraretur, ex libris ſibyllinis
ludi Scenici ſunt uoti, noua res in populo bellicoſo.
ludiones ſunt ex Hetruria acciti, qui gentis nomine
hyſtriones nuncupantur, hiquè ad tibicinis cantũ
taciti ſaltarunt, motibus non omnino ut illa ætate*

inconcinnis, neque uerſum dixere ullum, Ruſtici in Italia uetuſto Græciæ more pactis ſacris poſt meſſem, gratulatiq; Dijs de bono anni prouentu, hilariores opere perfecto, ruſticana quædã dicta in ſe inuicem iactabãt, ad riſum mouẽdum; interim ſpurcis uerbis non abſtinentes, iterum paulò mordacius attingentes, idq́ue alternis uerſibus, qui dicebantur Feſcennini à Feſcennia Ciuitate Hetruriæ. Hos cęperunt Romani hiſtriones imitari, ſed parcentes nominibus; nam id iam antea duodecim tabulis cautum erat, ne fieret. Feſcẽnini ſenſim ex ſcena abierũt, relictis nuptijs & triumphis, fabulęq; cęperunt introduci, quę delectarent, ſine cuiuſquã offenſionẽ, quod Horatius epiſtola ad Auguſtũ attingit. Ita cùm nominatim lædere quenquã in ſce-
15 *na non liceret, ex Greco ritu alia ſunt fabularum genera adducta, noua ſcilicet Comœdia & Satyra, non illa, quæ vno carminis genere in uitia inuehebatur, qualẽ ſcripſere Horatius, Perſius, & Iuuenalis, nam huic initiũ dedit Lucilius, qui ſub Scipione Aemiliano meruit bello Numãtino, ſed in quã introducebantur Satyri contumelioſi, et ſpurci, tunicis uiloſis, motu graui, inconditoq; & ruſticano, Scena erat floribus, frõdibus, herbis uirentibus in*
16 *ſtructa, in faciẽ montiũ, ſyluarum, et ſpeluncarum, ſicut ſcenæ Tragœdiarũ regalem magnificentiã imitantur, et Comicæ mediocrium ac plebeiorum ædificiorum rationem, vt Vitruuius libro quinto ſcribit. In ludis fabulę iuſto argumẽto exhibebantur,*

populo interim hiſtriones motus dabãt impudicos, ſilentio nonnunquã quædam dicebant in rationẽ feſti conficta. Ex fabulis ſunt nonnullæ palliatæ qua
17 *rum argumentũ eſt Græcũ, hiſtrionesq́; pallio more Gręco utũtur, quales ſunt omnes Terentianæ et Plautinæ: aliæ togatæ, quarum argumentũ ex Romanis petitur rebus, ludionesq́; toga Romano indumento amiciũtur, quales ſunt Afranij: et ex togatis, aliæ ſunt pretextatæ, cùm res Imperatorum ac principum Romanorum aguntur, neceſſeq́; eſt eſſe prætextam in ſcena ueſtimentũ magiſtratuũ Romanorum, à quibus non multũ crediderim argumento abfuiſſe Trabeates, quas Caius Meliſſus Spoletanus Mecœnatis libertus inuenit. Aliæ tabernarię, in quibus de rebus vulgi agitur. Sunt igitur Tragędię, ſunt Comędiæ, ſunt Satyri, ſunt etiam Mimi,*
18 *qui dicuntur planipedes, quòd nec ſocco utuntur, nec cothurno, ſed planis pedibus exeunt in proſcenium, ſunt pantomimi omniũ perſonarũ imitatores, effictoresq́;, de quibus habetur. l. ſi quæ. C. de ſpectac. lib. xi. Sũt Ethologi morũ expreſſores, qui geſtu ipſo corporis & ſono vocis ita hominum mores exprimũt, ut eorum geſtus et mores loqui uideantur. Ethopei ijdẽ ſunt, ut Ethologi, qui mores imitãtur eius perſonæ, quã ſuſtinet. De his Budeus. omnes uerò uno nomine nuncupantur, hypocritæ, ideſt ſimulatores, eſt enim hypocriſis alienæ perſonæ, ſimulatio, qui quando propter præmium in ſcenam prodeunt ignominioſi notantur. l. 1. ff. de his qui*

not.infam. & inhoneſtæ perſonæ habentur, d. l. ſi quæ. Tragedia magna infortunia continet, ardẽtes affectus, atrocia ſcelera, minimum turpitudinis. Comœdia amores, nequitias, flagitia tractat, quæ in fabulam induxit Menander, ut Macedonibus huiuſmodi rebus deditis placeret. Satyra laſciuio res habet faunos, & Syluanos qui iocis & ſaltibus agreſtibus delectabant, interim admiſtis lachrymis, ſed vt erant dij immundi & illoti, ſpurciora iactabant & fœdiora dictu, audituque. In mimis licentia maxima, nullis parcebant turpibus, et tamen erant hæc tolerabiliora præ alijs rebus, quæ in bacchanalibus agebantur, quæ propter incredibilem turpitudinem ex Italia Senatuſcõſulto ſunt eiecta, uel in Saturnalibus uel in Floralibus, quos ludos per meretrices & perditiſſima hominum genera celebrabant, quorum Floralium actores, cum ipſam Deam non reuererentur, hominem unum Catonem ſunt reueriti, quo præſente agere recuſarũt, et poſtulare, vt meretrices more ſolito nudarentur, ut refert Val.Max. ut Cato impudendos ludorum motus abhorrens, ne præſentia ſua ſpectaculi conſuetudinem impedirent è theatro diſceſſerit, vnde Martial.

Meſſes iocoſæ dulce cum ſacrum Floræ
In theatrum cur Cato ſeuere veniſti?
An ideo tantum uenires, ut exires?

SVMMARIVM.

1 Muſica pro publica lætitia ex dei pręcepto inducta.
2 Muſica triplex eſt mundana humana & organica.
3 Organica muſica quibus inſtrumentis concipiatur & quid ſit cruomena & enchorda & pneumatica.
4 Inſtrumentorum diuerſorum inuentores enarrantur,& quid tuba & lituus & an inter ſe differunt, & ſiticientes qui dicantur.
5 Muſica an ſit ars infamis & damnata.
6 Alcibiades eſt muſicam aſpernatus.
7 Muſica plurimum conducit.
8 voluptas quæ maior ſit, an quæ uiſu uel auditu percipitur.
9 Amphitrionis & Orphei fabula cur conficta.
10 Cantus laus.
11 Viſus ſenſuum optimus.

1 *REliquum eſt, vt de Muſicis dicamus, quibus noſtras feſtiuitates et lætitias honeſtamus nõ citra Domini præceptum, Numeri. x. Si quando inquit habebitis lætitiam & dies feſtos & Calendas, canetis tubis ſuper holocauſtis & pacificis uictimis, vt ſint uobis in recordationem Dei ueſtri, & quidem quamuis muſicam triplicem tradant munda-*
2 *nam, humanam, & organicam vt meminit Cœlius, Rhodig. antiquar. lectio. lib. 9. cap. vi. Ego organicam ad hanc ipſam rem ſpectantẽ tractabo, ea inſtrumenta habet, quæ varietatis ſummæ (ut capiuntur ingenia) artifices peritiæ excogitarunt,*
3 *Hec uero aut intentione perficiuntur, ut neruorũ*

temperato tractu uel ſpiritu ut in tibijs, aut percuſſione quadam, ut in his, quæ uirga ærea feriuntur. Quæ neruis intenduntur cruomena uocant, aut enchorda: quæ ſpiritu inflãtur pneumatica dici
4 ualent. Cytharam & eius leges primus omnium perueſtigaſſe Terpander dicitur, qui fabulantur, Apollinẽ inuentorẽ conſtituunt, ſicuti lyræ Mercurium in Arcadiæ Cyleno monte ſeptem chordarum: Tubam æneam Piſęus Tyrrhenus inuenit, auctore Plinio lib. vij. Inter lituum & tubam ſunt qui differentiã conſtituãt, ꝙ litui acutus ſonus, Tubę grauis, lituus equitũ eſt, et incuruus, Tuba peditũ eſt, et directa, auctoritate Vir. ĩ eo carmine, Et lituo pugnas inſignis obibat et haſta. et Oui. Meta. i.

Non tuba directi, non æris cornua flexi.

Quam differentiam minimè admitto, ex Gellio lib. quinto cap. 8. qui ſentit utrunq; pari forma et pariter in capite incuruum eſſe, affirmans Virgil. lituo vſum pro tuba. A tuba tubicines, à lituo liticines dicuntur. Sunt & ſiticines, qui apud uita functos et ſepultos proprio genere tubæ canerent, ut docet Gellius lib. xx. cap. 2. Tibiam Phrygiã Midas obliquam inuenit, geminas tibias Marſias, & cum eis canere voce Træzenus Dardanus inſtituit, autor Plinius lib. vij. Tibijs vſi ſunt Lacædemonij in prælio teſte Gellio, qui pariter refert, vt cùm tibijs canere prius honeſtiſſimum uideretur, omnium Athenienſium cõſenſu diſciplina tibijs canendi deſita eſt, quod Alcibiades primus eas deſiiſ-

ſet,qui cùm erudiretur apud auunculum Periclèm puer artibus ac diſciplinis liberalibus, accerſiſſetq́; Pericles tibicinẽ,qui tibijs canere eum doceret, traditas ſibi tibias cùm ad os Alcibiades adhibuiſſet,inflaſſetq́; , pudefactus oris deformitate abiecit, fregitq́; ;quæ res apud Athenienſes omnes po
5 *ſtea percrebuit. Poſſent omnes quos ſupra memorauimus Muſicam artem profiteri, inter infames reputari, quaſi perditi homines habeantur, qui illi operam dederunt, quum in utilioribus proficere potuerint, nec præſtiterint, quos in primis Anthiſtenes damnauit, quibuſdam Iſmeniam admirãtibus, ꝙ inſignis eſſet Tibicen, Nequam (inquit) hominẽ eſſe oportet, nam ſi eſſet bonę frugis, non eſſet egregius Tibicen, indicans eos non poſſe bonos uiros euadere, qui tantũ operę Dionyſiacis artibus impẽdiſſẽt, confert, qđ proximè de Alcibiade diximus,*
6 *qui philoſophię pręceptis imbutus, uoluptates ac artes indecoras aſpernatus eſt, diſciplinas liberales ſemper amplexans, lyram hoc argumento reiecit., ꝙ vocem hominis imitaretur, plectrum ꝙ habitũ formamq́; liberalèm mutaret in illiberalẽ, tibiã duplici nōīe damnauit, & ꝙ ſic mutaret oris habitũ, ut uix à familiariſſimis agnoſceretur, qui canerẽt, et ꝙ hōi propriã adimeret uocẽ, loquẽdiq́; facultatẽ eriperet. Nemo.n.pōt inflare tibiã, et loqui, cãtent igitur Thebanorũ filij, qui dicere neſciũt, nobis aũt Athenienſibus ut à maioribus accepimus, gẽtis prĩceps eſt Pallas, et Apollo, quorũ illa fiſtulã cõfre-*

git, hic Tibicinem excoriauit. Proditũ eſt priſcorũ fabulis Palladem ad ſpeculum tibia canentẽ offenſam oris deformitate proiectam cõmiuiſſe tibiam, Apollo Marſiam canẽdo victum excoriauit. Ego aũt nec crediderim muſicos fore uiles, et aſpernandos, nam ſi Antiſthenes & Alcibiades eos reiecerunt, marte ſuo potius quam ulla ratione conſtat eos feciſſe, ut trahit ſua quenq; uoluptas. At Muſicum certum eſt inter artes liberales locũ obtinere, & qui ſola uoluptate eam metiri uult, mini me fore audiendum cenſet Plato lib. de leg. 2. quia muſicæ genera imitationes ſunt morum, ut inquit in ſexto, ordinatq; idem ſummæ philoſophiæ diuinus autor, poſt literarum rudimenta pueris tradendam Muſicam, in protagh. quòd ea temperantiæ ſtudeant, caueantq; ne quid perperam agant: atque ſicut gymnaſtica corpus mirifice componit, & ualetudini prodeſt, ſic Muſica animum ſpiritumq; mirificè format, & eius ſanitati conducit, Quini mo et morbis quibuſdam creditum eſt mederi: nã Iſchiadici, ut memoriæ a Gellio mandatum eſt, lib. 4. cap. 13. cum maximè doleant, tum ſi modulis lenibus tibicem incinat, minui dolores, & uiperarum morſibus tibicinem ſcitè modulateq; adhibitũ mederi, ac plurimis hominum morbis medicinam fuiſſe incentiones tibiarum, tanta prorſus eſt affinitas corporibus hominum, mentibuſq; & propterea quoque uitÿs, aut medelis animorum et corporum. Quid ultrà heſitamus, nonne Dauid Saulem

Regem Cytharæ ſono dæmoniacum curauit? Regum 1.c.17. None Thales Cretenſis cytharę cantu morbos ac peſtilentias fugauit? & Aſclepiades phreneticorum mentes turbatas modulis ſæpe curauit, ac ſurdiſſimos tuba medicatus eſt, ut Martianus Capella refert. Deniq́ue quomodo ignominia dulciſſimam atq́; iucundiſſimam hanc artē notabimus, cùm Cytharæ & lyræ cantu Rex ille, quē inueniſſe ſecūdum cor ſuum Deus profeſſus eſt, maximas ſemper laudes Deo pſallerit, & illi in timpanis, organis, cytharisq; exultandum continue dixerit. Ergo non eſt q Muſicæ ſtudioſos notemus, quos ab omni labe Vlpianus ſeruat.l.athletas, de his qui not.infam. thymelicos appellans, niſi tales fortaſſis eſſent, qui inter turpes perſonas uentri et gulæ indulgentes cantu quæſtum facerent, & uitijs potius quam uirtuti artem applicarent, faceréntque de liberali diſciplina prorſus illiberalem. Abſoluti ſunt iam modi, quibus publicam lætitiā poſſumus decorare, Nunc agitandæ uidentur aliquæ, non iniucundæ queſtiumculæ, articulis ſupra ſcriptis conuenientes, & poſteaquàm proximè de ſpectaculis ſcenicisq́; ludis ac Muſica egimus, quorum hec auribus uoluptatem tribuit, illa uerò ut plurimum uiſui, dicendum eſt utra maior ſit uoluptas, an quę per uiſum, an que per auditū habetur. Diceret quiſpiam aurium uoluptatem maiorem eſſe, adduceretq; Muſicam indicem, profectò omniū manifeſtiſſimum quæ mirum in modū aures demul-

cet, ut omnes corporis ſenſus eripiat, ut facile li-
quet ex illa Sirenum fabula, quæ mulcebant qui
dem præternauigantes canendo atque blandien-
do carminibus, ut ad ſe delatos aliquandiu detinue
9 *rint, uoce, tibijs & lyræ cantu. At nō alia ratione*
fabulis cōfictum credas melliti ſſima uoce multiſo
noque cantu Orpheum et Amphionem auditorum
animos mouiſſe, Syluas & ſaxa ſequentia cantus
dulcedine ad ſe pertraxiſſe, niſi vt delicatiſſimum
Muſicæ concentum oſtenderent. ſuas etiam ad bru-
ta & inanimatas res, uires porrigere. Cantus ergo
10 *mortalibus iucundiſſimus, ac uocum modulatio mu*
nus eſt, ꝙ à Dijs immortalibus præſtari potuit, lon
gè pulcherrimum: quid magis quando in cœlis, ubi
omnium rerum iucunditates maximæ habentur cō-
centu harmoniaque mirabili delectantur, nec uiſui
ſpectacula tamen exhibentur, ꝙ ſi maior uiſus dele
ctatio foret utique ante alium cælicolæ ſpectaculis
oculos, quæ oblectarent, fruerētur, longè tamen in
ferior eſt auditus vis, quam ut cum uiſu oblectatio
11 *ne certare queat: nam uiſus optimus ſenſuum, &*
præſtantiſſimus eſſe dignoſcitur, maiorque eſt eo-
rum delectatio, quæ uidentur, ſemper adeſt, ſem-
per manet, ac ſpectatorem ad ſe prorſus abducit.
Statuamus hic modulantes & omnis muſices gene
re utentes, ſitque domus pulcherrimis picturis, &
imaginibus auratis exornata, interea dum canent
ad tectum ſurſum aſpicietis, & parietes admirabi
mini & picturas ad unamquanque auerſi exami-
nabitis,

nabitis. Adueniat deinde illuc omnibus numeris abſoluta pulchritudine mulier, & corpore amabili forma exornato, iam iam omnes ex auditoribus ſpectatores fietis ad corporis ſpeciem, & formę elegantiam viſendam conuerſi, & ſi qui philomelam, vel Cyenum conſtituat, dulciterque canere iubeat, inter canendum autem pauonem commoſtret, ſat ſcio quòd ad hunc omnium deflexuri ſunt animi, longum valere iuſſis illorum canticis. Adeo inexpugnabile quiddam videtur eſſe ea, quæ per viſum uoluptas capitur, quòd liquidò apparet ex Gorgonum fabula, cum illa de Sirenibus comparata, hæ enim quamuis mulcerent, & delectarent, & in mora nauigantes ſiſterent, ſunt qui tamen auribus obturatis præteruecti ſunt, earum carmine uitato. Gorgonum autem pulchritudo, ut quæ violentiſſima eſſet, et partibus animæ præcipuè ſauciabilibus obuerſaretur, ſtatim attonitos reddebat aſpicientes, ac mutos faciebat, & quemadmodum fabulæ placet, ac fertur in lapides illico præ admiratione conuertebantur. Nec ſuperari dubitamus ab angelica & cœleſti harmonia lucem illam diuinam, qua omnis cœlorum chorus ubique perfunditur, & illuſtratur, quæ perpetuam fruentes in beatitudinem adducit.

SVMMARIVM.

1 Spectanda an proſint uel noceant moribus.

2 Tres philoſophici termini quibus quæque res uel laudatur vel vituperatur.
3 Vti ſpectaculum eſt, ita flectitur animus.
4 Occidens aliquem in publico certamine, an puniendus ſit & an clericus ſpectator in pœnam aliquã incidat.
5 Homicidium commiſſum in conflictu vbi ſolet ex conſuetudine huiuſmodi conflictus fieri non eſt punibile.
6 Proiiciens lapidem in locum prohibitum qua pena puniendus ſit.
7 Conſuetudo etiam improba excuſat à pena.
8 Qui facit aliquid quod ſit illicitum, communiter tamen exiſtimatur licitum, non punitur.
9 Romanorum exempla in huiuſmodi actibus.
10 Mortis cauſam per laſciuiam, uel ad conceptionem vel in venatione, uel alio modo prebens, quomodo puniendus.
11 Occidens aliquem in certamine qui ſit in eo non punitur, ſecus ſi alium extra exiſtentem.

1 *HIc præterea tractari belle poteſt, ſpectacula ne noxia moribus ſint an nõ: in qua re ut illa perniciosa demonſtremus, tria in eis ſunt conſideranda, quæ in omni re philoſophus quiſque Platonis imitator conſyderat, quæ antecedunt, quæ comitantur, quæ ſequuntur: hęc ſi bona ſint, rem ipſam*
2 *laudant, ſin mala, vituperant. Ab antecedentibus res quęque laudatur, vt nobilis, à preſentibus vt magna, à ſequentibus vt vtilis: quare ex tribus illis, tria hæc in laudibus concluduntur, nobilitas, magnitudo, vtilitas, ſed hęc ſpectaculis*

applicare nequimus, quinimo contraria, ignobilitatem, uilitatem, & perniciem, ſiquidem origine ſpectata à turpibus orta perſonis communia & plebeia euaſerunt, moribus hominum ut plurimũ officiẽtia: quapropter Seneca exiſtimabat morum integritati nihil eſſe pernicioſius, nihilque damnoſius quam ſpectaculis aſſidere, quippe qui auarior rediret, ambitioſior, luxurioſior, immo verò crudelior & inhumanior, et Auguſt. de Ciuit. Dei lib. i. cap. 32. in ſcenicos ludos ita inuehit, Circenſibus aſſueto ludorum ſcenicorum delicata ſubintrauit inſania, ſed aſtutia ſpirituum nefandorum præuidens illam peſtilentiam iam fine debito ceſſaturam, alıam longè grauiorem qua plurimum gaudet, ex hac occaſione non corporibus, ſed moribus curauit immittere, quæ animos miſerorum tantis obcęcauit tenebris, tanta deformitate fœdauit, ut etiam modo, quod forſitan incredibile erit, ſi à noſtris poſteris audietur. Romana urbe vaſtata quos peſtilentia iſta poſſedit, atque inde fugientes Carthaginem peruenire potuerunt, in theatris quotidie certatim pro hiſtrionibus inſanirent. Econtrario arguimus ex Plutarchi commentariolo, quo edocemur, quo quis pacto animaduertat ſe in uirtute proficere, inibi poſt multa non parum præclara affertur hoc quoque, qui (inquit) iam magno profectu ſunt, non ex orationibus modo & libris utilitatem aucupantur, uerum ex ſpectaculis quoque, et (vt ſemel dicã) ex omnibus, qđ ab Aeſchi-

lo factum legimus, & pleriſq; alijs, ſiquidem cùm apud Iſtmũ Pyctarum, ideſt, pugilum certamẽ ſpectaret, Aeſchilus cognouit ex duobus concertantibus alteri vehementi impacta plaga ab uniuerſo theatro maximum ædi clamorem, cum tamen percuſſus nihil admodum quereretur: id admiratus, Ionem Chium, qui fortè aſtabat, leniter tangens, Aduertis inquit, quam efficax meditatio ſit, & conſuetudo? plagis affectus non clamat, clamant ſpectatores? Huius rei noſtrum fert iudicium & noxia et utilia ſpectacula uideri poſſe, nam ſunt uitæ imitatio, qua de re, vt erit eorum materia uel turpis, obſcœna, fedaque & bonis moribus cõtraria, uel uirtuti & honeſtati ſubiecta, tales ex eis abibunt ſpectatores, id quod Platoniana comprobo autoritate, de legib. vij. ſic enim inquit, Tragœdiæ verò poetæ, qui res (ut aiunt) ſerias narrant, ſi nos ſic interrogant, licet ne ô amici in ciuitatem, regionemque ueſtram nobis uenire? poemataque noſtra ad uos perferre? An aliter uobis de re Tragica viſum eſt? quid ad hæc diuinis uiris recte nos reſpondebimus? Nam mihi quidem ita uidetur, nos verò ô viri optimi Tragœdiæ, quàm pulcherrimæ et optimæ quoad fieri poteſt, ſumus poetæ, nempè vniuerſa reſpublica noſtra pulcherrimę, optimęque vitæ imitatio eſt, quam rem nos certe Tragœdiam oeriſſimam arbitramur: poetæ ergo uos eſtis, poetæ quoque eiuſdem poematis ipſi ſumus, et quaſi æmuli ad opus pulcherrimum Tragœdiæ contendimus,

quòd ſola lex vera, vt ſperamus poteſt perficere: verùm nolite credere facilè à nobis admitti, vt ſcenas in foro conſtituatis, & clamoſos conducatis Hiſtriones, qui altius quam nos exclament, atq; ita ad liberos noſtros, ad vxores, ad turbam urbis omnem de eiſdem rebus, non eadem quæ nos, ſed cõtraria ſæpe concionemini: inſaniremus enim & nos omnino & ciuitas omnis, ſi antequam magiſtratus uiderint, quæ compoſuiſtis, & dicenda ad populum iudicauerint, admitteremini. Nunc igitur ò viri optimi mollium Muſarum alumni, iſtos cantus veſtros, cum noſtris apud principes comparabimus, & ſi quę dicentur eadem aut meliora noſtris eſſe uidebuntur, chorum uobis dabimus, ſin verò aliter ò amici, nunquam dare poterimus. Hec ita de omni chorea eiuſque doctrina, legibus & moribus conſtituta ſint, ſic Plato hactenus, Quapropter crediderim animos ſpectantium ad uitia deflecti, uel in uirtute proficere, vt vitioſum vel honeſtum ſpectaculum fuerit. Alia contingit quæſtio huiuſmodi, dum baſtilibus & iaculis luderetur
4 *propter pacis aduentum: Quidam nimia lætitia geſtiens pilum iaculans ſpectatorem ferijt, quæſitum eſt quo iure teneatur, & reſpondit Vlpian. omnem actionem ceſſare in eum, qui in publico certamine aliquem occiderit, quia gloriæ cauſa, & uirtutis id feciſſe videtur, non iniuria damnum datum. l. qua actione. §. ſi in colluctatione. ff. ad. l. Aquil. vbi Accurſius appellat publicum certamẽ,*

quod gratia lætitiæ publicæ fit, Rurſus ſi ex luctatione homicidium ſequitur non prohibetur clericus ad ſacros ordines promoueri, c. lator. de homic. unde conſequimur ex eo homicidio nullam culpam adſcribi occidenti, neque aliqua propterea eum pœna plecti poſſe. Deinde huiuſmodi ludi ſunt permiſſi, glo. Bald. & Doct. d.§. ſi in colluctatione, ergo quòd huius ludi cauſa ſequitur, non eſt culpę imputandum, nec ex eo aliquis animaduerſione plectendus, quia quod lege fit permittente, pœnam non meretur. l. Gracchus. C. de adult. Præterea ſi-

5 *quis in ludo pugnis uel lapidibus obrutus uel fuit occiſus, ubi conflictionis huiuſce conſuetudo uiget, mors caſu contigiſce dicitur, nec pœnam affert, Florian. l. dolo malo, de ſeruo corupto, quem ſequitur Cepol. conſi. trigeſimo. num. 6. Decius conſi. ix. nu. 4. Marſil. conſ. xc. num. 17. & num. 20. Anchar. conſ. 83. incip. iure ſcripto. Cæterum qui lapi-*

6 *dem proijcit in locum prohibitum, & tranſeuntem percutit, ratione culpæ, non doli punitur, Angel. l. non contrahitur. ad l. Iul. maieſt. ſi autem iactus minime ſit uetitus, neque dolo neque culpa proijciens aſtringitur, & cùm teli vel lapidis iactus non poſſit à proijciente reprimi, uel reuocari,*

7 *uenia dignus uidetur, l. item Mela in prin. ff. ad l. Aquil. Poſtremò conſuetudo etiam improba excuſat à pena, ne videlicet puniatur in foro iudiciario. glo. eſt not. in. c. cum uenerabilis, in verbo migraſſe. de conſuet. quam ſequuntur ibi Card. Florẽ.*

Petrus Anchar. Anton. & Panormit. ſequitur idem Anchar. conſ. 51. conſuetudo quæ habet in fine, facit ad prædicta text. in l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædil. edic. in illis verbis, quia id facit, quod publicè facere licere arbitra-
8 *batur, ex quo dicit Bart. ibi, quod ſi quis facit actum aut contractum, qui publicè fieri ſoleat, & communiter æſtimatur licitus, ſapit tamen vſurariam prauitatem, non eſt propterea vſurarius, ſequitur Alex. conſ. 39. viſis & conſideratis poſt prim. lib. 3. Cepol. conſil. 8. dicendum eſt, col. vlt. & per illum tex. in d. §. apud Labeonem dicit glo. quam ſequuntur Bart. Bald. Salice. Caſtr. in l. pignus. C. de pigno. actio. quòd non intelligitur culpa, quam conſuetudo admittit, ad quod etiam tex. in l. 3. ff. ad Maced. & hoc etiam dicit Petr. Anchar. 348. pro deciſione quæſiti, & per eum tex. dicit Bald. l. pri. col. 3. verſic. ſed quid ſi cuſtos. C. de ædil. act. quod non puniendus eſt, qui ex conſuetudine publica aliquid facit, iuxta quam ſententiã mihi ſuccurrit, quod refert Plutarchus auctor grauiſſimus problem. cap. 83. quòd cùm Romani*
9 *olim quoſdam Barbaros Dijs immortalibus hominẽ immolaſſe accepiſſent, magiſtratus eorum accerſendos puniendosque putauerunt, quos tamen poſtea cum id conſuetudine quadam feciſſe accepiſſent, impunitos dimiſerunt, aliasque id poſt hac facere prohibuerunt. Domitianus quoque Imperator Roman. alioquin ſæuiſſimus ſanguinisque auidiſſi-*

mus, ſcribas queſtorios ex conſuetudine negociantes uenia in præteritum donauit, cùm tamen lege Clodia fuiſſet prohibitum ſcribas queſtorios exercere negociationes. Teſtis eſt Suetonius in vita illius. Ergo hic quoque excuſandus eſt, quia indu-
10 *ctum conſuetudine, ut lętitię cauſa fiant huiuſmodi certamina. Contrariam adducimur ſententiam amplecti, perſuaſi lege. l. Cornelia, in prin. ff. de ſicar. ubi Ignatius Taurinus eum in quinquennium relegauit, quem comperit per laſciuiam mortis cauſam præbuiſſe. Similiter relegari iuſſa eſt ea, quæ non quidem malo animo, ſed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea, quæ acceperat, deceſſit, l. 3. §. ſed ex ſenatuſconſ. ff. de ſicar. huc pertinet, quod dicitur in. l. abſentem, & l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. ubi in promptu huiuſce facti ſpecies aperitur, caſu enim occidens, ut puta cum uenando telum in feram miſſum hominem interficit, venator delinquit, licet plurimum referat, an conſulto vel caſu admittat. Huic confert. l. ſcientiam. §. fin. ff. ad l. Aquil. ubi ſi defendendi mei cauſa lapidem in aduerſarium miſero, & non eum, ſed pretereuntem percuſſero, lege Aquilia tenebor. Argumentationes contrariæ unica*
11 *ſolutione tolli poſſunt, quia procedunt, quando is qui occiditur, etiam ipſe eſt in colluctatione, uel certamine, ſecus quando eſt extra locum pugnę, puta ſpectator exiſtens, ut declarat Bald. d. §. ſi in colluctatione.*

SVMMARIVM.

1 Ignis ab Hebreo publicę lætitię cauſa excitatur, ſi vagatur & domum comburat, & pignora, an liberet Hebreum a reſtitutione pignorum, & teneatur ad reficiendum damnum domus.

2 Incendium culpæ habitantium ex generali regula aſcribitur.

3 Incendium tribus modis culpæ habitantium aſcribitur, re, loco, & tempore.

4 In contractu gratia vtriuſque celebrati venit ſolum dolus lata & leuis culpa.

5 In lege Aquilia non venit leuiſsima culpa conſiſtens in non faciendo.

6 Incendii origo ſi non apparet vnde ſit, ſententia abſolutoria ſequitur.

7 Et ſi non conſtat de certi hominis culpa tollitur præſumptio contra habitatorem.

8 Diligentia prętерita tollit præſumptionem culpæ, quę poſtea ſequuta pręſumatur, niſi noua inditia vigeant.

9 Quod dicitur de ædibus habitantis, dicitur etiam de ædibus alienis combuſtis, uel dirutis vt euitetur incendium.

10 Oppoſitum idem operatur in oppoſito, quod propoſitum in propoſito.

11 Reſtringétia ſe inuicem & quorum vnum gratia alterius comparatum eſt eodem iure terminantur.

12 Pignus vtriuſque gratia conſtituitur.

13 Caſum fortuitum excipiens teneri uelle videtur culpa, & econuerſo.

14 Creditor in pignoribus tenetur de dolo lata & leui, non etiam de leuiſsima culpa.

15 Prouiſio hominis quando legis prouiſionem tollat.

16 Regula quòd incẽdium culpa habitantium præueniſſe præſumitur cum ſuis ampliationibus & limitationibus.
17 Omnes habitantes incendii culpa tenentur.
18 Etiam pro vicini domo combuſta.
19 Etiam paterfamilias pro familia.

HVic proxima mouetur quæſtio, vt pacis lętitiam celebrarent, noctu Ciues vbique ignes incenderunt, vt moris eſt, ſe diximus, Hebręus & in uico propè domum & in ſpeculis, & in ædita parte domus,
1 *quo longius proſpicerent, ignes excitauit, quorum ſcintillę uento exorto ab eminẽtiori loco in ſtruem lignorum ceciderunt, & incenſa domus eſt, combuſtaque pignora, et domus contigua, ne ſubita uis venti ignem longius produceret, interciſa eſt. Quæſitum eſt an Hebræus locatori, & interciſæ domus & pignorum dominis damna reſarcire teneatur. Primò ſurgunt in Hebræum Alpheni, Pauliquè reſponſa. l. iij. §. i. ff. de offic. præf. vigil. l. ſi vendita, ff.*
2 *de peric. & com. rei vend. Inquiunt enim incendium ſine culpa fieri inhabitantium non poſſe, vna enim lex generaliter culpam habitantibus tribuit. Altera dictione plerunque vtitur, quæ regulam deſignat, Bart. l. i ff. de tut. & ratio. diſtrah. Negare ergo non poſſumus, quia ipſe Hæbreus omnino teneatur, qui eſt in manifeſta culpa, non tantum iuris præſumptione, verùm facti quoque euidentia, quoniam ignem extruxit, vbi incendij periculum*

imminebat, Bald. d. §. i. Bar. l. ſi quis. §. præter. ff. de æden. vbi Alexan. quo caſu etiam quando familiæ culpa incendium factum eſſe dicitur, dominus tenetur, Accurſius. l. nequid verbo a poſſeſſoribus. ff. de incend. rui. naufr. §. penul. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delic. Habet igitur locator cauſæ cardinem conſtitutum in regula, ergo pro eo pronunciandum eſt, Decius. l. i. ff. de reg. iur. Vnde ſi plures ſint habitantes, omnium culpa præſumitur factum incendium, l. item mela. §. ſed ſi plures. ff. ad l. aquil. l. ſi verò plures. §. ſed ſi quis. ff. de his qui deiecer. vel effuder. Secundò contra Hebræum pugnat notatu digna auctoritas Salice. d. l.
3 *ſi venditæ, in prin. vbi decidit, non citra culpam in domo vagantem, & immoderatum ignem teneri poſſe, quod fit triplici modo: re, ex nimia ignis quātitate, vt re peccauit Hebreus, qui pluribus in locis ſuæ domus ignes accenſos collocauit: loco, quia in locis non congruis & non opportunis, ſed periculoſis ignes, repoſuit: tempore, quia flante vento ignem accendit in loco patente, vnde damnum illatum eſt re, loco, & tempore, parum circunſpectis: Econtrario dicitur Hebræum non teneri, quia aut actionem locati vult dominus in Hebræum dirigere, nec poteſt ex ea condemnari, quia contractus eſt gratia vtriuſque celebratus, in quo non*
4 *venit niſi dolus, & lata culpa, & leuis. Inſtit. quibus mod. re contrah. §. fin. l. ſi vt certum. §. nunc videndum primo, vbi no. ff. com. ius l. ſed & ſi quis. §. quæ*

ſitum ff. ſi quis caut. & in l. ſi quis. §. ait, de ædendo: Atſi locator cupit ſibi damnũ refici ex l. Aquil. caſus magis eſt in ambiguo, quia in l. Aquilia culpa etiã leuiſſima uenit; l. in lege Aquilia leuiſſima, ff. ad l. Aquil. et l. ſi uſusfruct. §. de preteritis, uerſic. denique. ff. de uſufr. Et ideo cum in hac facti ſpecie leuiſſima ſaltem culpa prçſumatur, quia in loco periculoſo ignes incendit, haud dubium tenetur. Verùm nec incendio teneri certum eſt, tum quia

5 quando leuiſſima culpa in deſidia vel negligentia, ideſt, in non faciendo conſiſtit, ut inquit glo. no. in. §. prçterea. Inſtit. quib. mod. re contrah. in actionẽ legis Aquiliæ non venit, d. §. de præteritis, etiam quòd nec leuiſſima ei poteſt adſcribi culpa cùm ab omnibus ſimili modo in ciuitate ignes fuiſſent extructi, feceratque is, quòd vniuerſi ciues fecerũt; & caſus fortuitus eſt iudicandus propter flatum uentorum, qui poſt ignem accenſum flare cœperunt.

6 Accedat ſuprаſcriptis, quòd quando non apparet incendij origo unde prouenerit, abſolutoria ſententia eſt ferenda, Ang. conſi. 190. ſequitur Anto. ab Alex. in additi ſeu apoſtil. ad Barto. l. i. de off. pref. uig. Rom. conſ. 501. Quare cum à vento fortuito originem duxerit, non eſt quicquam Hebræo quod imputetur. Neque obſtant in contrarium adducta, quòd culpa habitantium incendium factum præſumatur, quia tollitur culpæ præſumptio, niſi certi hominis culpa deducatur, Bald. conſ. 157. punctus, uol. ij. & conſ. 373. quidam magi-

ſter, uolum.3. Annan. cõſ.71. ubi traditur, quòd
7 *quando ignis habuit cauſam ab incerto autore, nõ debet imputari habitanti. l. quæ fortuitis. C. de pignor. actio. quia certi hominis factum probari oportet, ut culpa fiat habitantis, Afflic. deciſ. 57. Grãma. conſ. 22. in prin. ulterius ex iuris præſumptione culpa ab Hebræo remouetur, quia ipſius præterita diligentia & uigilantia omnibus nota eſt, &*
8 *ideo niſi alia negligentiæ & culpæ indicia oſtendantur contra eum, non tenetur incendio, Bal. conſil. 111. quidam nomine rector. uol. 5. Marſ. conſ. 77. nu. 13. & ſing. 393. regula. Poſtea neque re, neq; loco, neque tempore peccauit, quia excluditur culpa, quia omnibus erat permiſſum ob publicam pacis gratulationem ignes erigere, arg. l. pignus. C. de pigno. actio, & uentus ortus arguit fortuitum caſum, ut nihil teneatur. l. penult. ff. de incend. ruina, naufr. Quod attinet ad alienas ædes, quę incendio*
9 *corruerunt, uel eius arcendi gratia interciſę fuerunt, ſuperior concluſio, quæ excludit Hebræum à culpa, contra hos quoque defendit, l. qui occidit. §. in hac actione. ff. ad l. aquil. l. alius. §. eſt & alia, quod ui aut clam. Salice. d. l. ſi uendita, in fine, & d. l. quæ fortuitis, nu. x. Sed pluſculum eſt de pignoribus extinctis dubitationis, & uidetur eum erga dominos pro eis obnoxium eſſe, ut idem operetur*
10 *oppoſitum in oppoſito quod propoſitum in propoſito. l. fin. §. fin. de leg. iij. quia perempto pignore, creditori ſupereſt actio perſonalis aduerſus debito-*

rem,d.l.pignus,eodem iure creditor pignoris reſti-
11 *tutioni ſuppoſitus eſſe debet. Deinde quæ ſe inuicē*
reſpiciunt,ideſt,quorum unum alterius gratia com
paratum extitit,eodem iure pariq́ue ratione diffini
untur & terminantur,l.Seio,in prin.ff. de ann. leg.
l.alteri,de adm.leg.Crau. conſil.179.in fine. At
pignus debiti cauſa datur, & ſi pignore amiſſo
actio creditori nihilominus competit, cur ea debi-
tor iactura eſt afficiendus, ut debitum ſoluat, &
12 *pignoris quoque damnum patiatur? eſt enim re-*
ceptum pignus utriusq́ue gratia conſtitui, & de-
bitoris, quo magis ei pecunia credatur, & credito
ris,quò magis in tuto debitum collocatum ſit.§.fin.
inſtit. quib.mod.re contrah. oblig. alioquin uerſare
tur creditoris duntaxat commodum, omni incom-
modo aduerſo caſu afficiendo debitore. Præterea
ſibi nocuiſſe uidetur Hebræus pacto inito cum uni
uerſitate ſeu principe, quòd ſi caſu quodam domus
combureretur, non teneatur pignora reddere. A
contrario igitur ſenſu argumentatione ſumpta, ſi
13 *excluſit tantum caſum fortuitum, ex culpa uoluit*
teneri, & cæteris caſibus ex culpa etiam leuiſſi-
ma, quia vnius incluſio eſt alterius excluſio.l. cū
prætor, in prin.de Iud. l. maritus.C.de procur. c.
nonne, de præſump.& quia hominis prouiſione cen
ſetur legis prouiſione receſſum. l. fina. C. de pact.
conuent. Verior tamen fert opinio pignora debito
ri periſſe, ea ratione quam diximus, quia utriuſ-
que gratia data ſunt,d.§.fin. unde creditor tenetur

14 *de dolo,lataque,& leui culpa, non etiam de leuiſſima.l. ſi cum uenderet.§.fin. cum. l. ſequen. de pigno.actio l. ſi ut certo.§.nunc uidendum,Commod. Vnde cōſequimur pignoribus incenſis Hebræum nō teneri, quia leuiſſima culpa nō obſtringitur,et eam quam in rebus proprijs ſolitus eſt diligentiam adhibuit, l. ea quæ,de pigno.actio.l.pignus.C.eod.Neque flecti debemus ob contrarias argumētationes, quas ex regulis ſumpſimus, l. fina.§.fin. de leg.iij. & d.l.Seio. dictæque. l. alteri, quia cùm pignoris dominium debitori remaneat,l. reſcriptum pign.l. quis ſit fugitiuus.§.pignori,de edil.edic.& fructus quidem pignoris debiti quantitatem releuent, l. prima.C.de pign. actio.l.ſi pignore in prin.ff. eod. bene agitur ut eius periculum ſit, cuius eſt commodum.§.cum autem,inſtit.de empt.et uend.Non obſtat conuentio inita cum uniuerſitate,quoniam quā-*
15 *do hominis prouiſio iuris diſpoſitioni congruit, legis prouiſionem non tollit in his,quę uere conueniunt, l.3.§.ſi ex conuentione.ff.de re iudic.ſecus ſi omnino ſit hominis prouiſio, quæ tollit legis prouiſionem ſpecialem uel extraordinariam d. l. fin.C. de pact. conuē. & ratio illa eſt, quia ius ſpeciale facilius tollitur, quam ius commune.l. eius militis. §.militia miſſus,de teſt.mil. doct.l.ſi cum dotem,in prin.ſolu. matrim. Quapropter cùm conuentio ſit facta ab Hebræo,ut nō teneatur,ſi incendio domus & pignora incenderentur, & pariter ſi pignora amitterentur, ſine culpa ſua non cenſetur receſſiſſe*

à legis ordinaria prouiſione. Ita concludit in pari facti ſpecie Cepol. conſ. lxix. in ij. dubio. Ex ſupraſcriptis elici poteſt regula cum pleriſque declarationibus. Eſt igitur regula hæc, incendium præſumitur inhabitantium culpa fieri d. l. iij. §. i. d. l. ſi
17 *vẽdita.. Ampliatur primo etiam quod plures ſint habitatores eiuſdem loci, vt in eodem Cœnaculo ſtantes, omnes enim præſumuntur in culpa, ff. de his qui deiecer. vel effud. l. ſi uero plures. §. ſed & ſi quis. Salic. d. l. quæ fortuitis, nu. x. Amplia ſecun*
18 *do, ut non ſolum teneatur de incendio pro domo vbi habitabat, ſed etiam pro uicinis ædibus combuſtis, Petrus de Vbal. in tracta. ſociet. in viij. parte, quæ. xviij. vide apoſt. ad Sali. d. l. quę fortuitis, & hoc verum eſt, ſi de incendio tenetur, Salic. ubi ſupra. & d. l. ſi vendita in fine, alias non eſt obligatus pro ædibus uicini, uel niſi magiſtratus imperio ædes ſint depoſitæ, uel iuſto metu interciderit eas, ne ignis ad ſe perueniret, l. ſi alius. §. eſt & alia. ff. quod ui aut clam. l. ſiquis fumo. §. quod dicitur ad l. Aquil. Sal. d. l. ſi uendita, in fine. Amplia tertio ut*
19 *in culpa uideatur pater familias pro ſua familia et eis quorum opera domi utitur, quia delinquunt in officio, ut ſi familiaris coquinarię arti deputatus maſculus uel fœmina minus diligenter officium excerceat, uel famulus cui caulę & ſtabuli cura ſit commiſſa, gloſſa l. ne quid. ff. de incen. ruin. naufr. quę ita communiter intelligitur, ſecundum Bar. ini bi. et Salic. d. l. ſi uendita, uerſ. ſed doctores commu*

niter, Ideo actor habet intentionem fundatam ex Iuris præſumptione, & qui uult illum excludere, debet caſum probare, Salic. l. ſi creditor in fine. C. de pigno. actio. Imol. l. ſi domos. ff. de leg. 1. Canoniſtæ. c. 2. de poſ. Ang. conſ. 97. incip. incendium.

SVMMARIVM.

1 Incendium leuiſsima culpa præſumitur factum.
2 Dominus non tenetur incendii cauſa pro aduenis.
3 Neque pro eis qui extra ſuum officium domeſticũ delinquunt.
4 Conductor quomodo incendio teneatur.
5 Loci ſecuritas culpam tollit.
6 Habitator non tenetur pro incendio ſi hoſtes incẽderint.
7 Certi hominis factum probandum eſt ſi de incendio agitur.
8 Negligentia exigitur in incendio.
9 Caſus inſolitus culpa non anumeratur.

1 *Limita primo, quia incendium nõ præſumitur niſi leuiſſima culpa interueniſſe, niſi aliter probetur, ideo non tenetur quis ſemper de leuiſſima culpa, glo. ſing. . §. preterea, in uerbo debet, quæ etiam dicit idem in furto, Inſtitu. quib. mod. re contrahitur obliga. Salic. d l. quæ fortuitis. & l. locati, l. iudicio, Ange. d. . §. præterea, Anna. d. conſi.*
2 *xi. Limita ſecundo quòd dominus incendij cauſa non tenetur ſi in hoſpitio aduenarum uel hoſpitum*

*cauſa incendium ſit factum, uel alterius cuiuſpiam,
cuius operá paterfamilias nō utatur, quia eius cul
pa alteri non debet eſſe noxia, neque dānum affer
re, ſed ſibi, l. ſiue hereditaria, de nego. geſt. l. quod
quis, de reg. iur. Et ita dicunt textus. l. ſi ſeruus ſer
uum. §. ſi quis inſulam, & §. ſi fornicarius & l. qui
occidit. §. in hac actione. ff. ad l. Aquil. Salic. d. l. ſi
uendita nu. 3. quia hac ratione incendium fortuitū
eſſe dicitur cùm eorum opera non elegerit: idē loco
ſupra allegato nu. 5. & d. l. quæ fortuitis num. 7.
3 uerſ. ſin autem familiaris. Limita tertiò non tene-
ri dominum ſi familiaris coquinæ uel alij officio cō
ſtitutus, ſe diligenter circa ſuum munus habuerit,
puta ignem extinguendo, uel tegendo ut debuit, et
poſtea alius familiaris ad hæc non deſtinatus, ad co
quinam acceſſit, ignem accendit, & minus diligē
ter illum tenuit, vnde res locatæ uel pignori datæ
ſunt combuſtæ, paterfamilias propter illius factum
non tenetur, quia extra ſuum officium deliquit, hoc
probatur, d. §. ſi fornicarius, et. ff. locati, l. ſi extra-
neus, & d. l. ſi vendita, ij. reſponſo. Salice. d. verſic.
4 ſin autem familiaris. Limita quarto vt non proce-
dat in conductore, qui non tenetur de leuiſſima cul
pa, Cepol. conſi. 79. nu. 4. vnde ſi conductor domus
in ea noctis tempore ſolum duas puellas dimiſit,
duodecim annos natas, & iuuenem uiginti ſaltem
annorū, non dicitur in aliqua culpa ſaltem lata uel
leui, ita ut de incendio teneatur, quāuis dictæ puel-
læ minus diligenter ignem cuſtodierint, quia patres*

*familias diligentes conſueuerunt habere familiam
tam minorum quam maiorum, ergo communis con-
ſuetudo culpam excludit, l.pignus.C.de pig.actio.
ita Iaſ.l.ſiquis ex argentar.§.prætor ait, nu.32.de
ædendo, Anchar.cōſ.348.pro deciſione, niſi culpa
leuiſſima poſſit conductori imputari, quia fœnum
tenuit contra locatoris uoluntatem in loco pericu
loſo, quod poſtea fuit incēdij cauſa, l. videamus.§.
fina.locat.Salic.d.l.quæ fortuitis, nu.9.in fine, &
5 l.in iudicio. nu.9.C.locati. Limita qninto, ꝙ facto
incendio à domino culpa excluditur, ſi res in qui-
bus incendium ortum eſt, repoſitæ erant in loco cō
gruo, & non periculoſo et tuto, quia loci ſecuritas
culpam excludit, Salic. d.l.ſi vendita & d.l.quæ
fortuitis, & Anchar.d.conſi.348.nu 3. Limita
6 ſexto, ſi incendium fuerit ab hoſtibus publicis uel
latronibus immiſſum, quia incendiarij ſolum tenen
tur, non habitatores, l.data.C.qui accuſar.nō poſſ.
vbi Salic.niſi tamen ab hoſtibus conductoris id fa-
ctum foret, qui poſt conductionem inimicitias cap-
taſſet, l.ſi merces.§.culpæ.ff.locati, & Salic.d.l.
7 quæ fortuitis.nu.9.ī fine. Limita ſeptimo, qđ actu
rus ad incendij emendationem debet factum certi
hominis probare, & edocere & arguere, quòd ho-
ſpitis culpa, uel certi ſui familiaris, cuius opera in
hoſpitio utitur, incendium exortum eſt, quia ſi hoc
non probaret, in cauſa ſuccumberet, quia hoſpita-
tor propter omnes nō tenetur.l.licet.§.fin.ff.naut.
caupo. vbi ergo hoc non deducitur, remanet incer-*

titudo, et probatio deficit arg. l. duo ſunt Titij. ff. de teſt. tut. Salic. d. l. quæ fortuitis, nu. x. verſic. quid faciet, & quia ſine culpa certi hominis non punitur incendium, ideo certi hominis culpam probare oportet, Iaſ. d. §. prætor ait. num. 31. Annan. d. conſ. 71. nu. 3. in fine, Grammat. conſi. xxij. nu. 3. Bald. l. ſi creditor. C. de pigno. actio. Afflictus deciſ. 57. quo caſu de certo principio conſtare non dicitur, & ſimile quando nec certo fine conſtat, Roma. conſi. 401. & Grammat. d. conſil. 22. in princ.
8 *Limita octauo, quòd regulæ ſupraſcriptæ præſumptio, non habet locum, quando habitatores conſueuerunt eſſe uigiles, atque diligentes, quia tales ſemper eſſe præſumuntur, & propterea non eſt imputanda culpa, niſi negligentiæ inditia oſtendantur, Marſil. ſing. 393. regula poſt Bald. Alex. Archi. ab eo relatos, idem Marſil. conſil. 77. nu. 13. Li-*
9 *mita nono ſi incendium rarò contigit, quia inſolitus caſus culpæ non annumeratur. ff. pro. ſocio. l. cum duobus §. damna, & arg. l. fiſtulas. §. frumenta. ff. de contrah. empt. Bald. l. i. C. depoſ.*

SVMMARIVM.

1 Creditor Hebræus an extinctis pignoribus ſine ſua culpa poſsit ſortem cum uſuris conſequi.

2 Pignus datum Hebræo an potius uideatur res uendita quàm pignori data.

3 Mutuo dans pecuniam ſub uſuris habet in ſe omne periculum adeo quòd extincto pignore extinguitur perſonalis actio.

4 Argumentũ a contrario ſenſu quomodo accipiatur.
5 Verba debent potius ſuperflue ſtare quã ꝙ quis indebite damnum patiatur.
6 Creditor ſine ſua culpa ammiſſo pugnore experiri poteſt contra debitorem.
7 Non ualet conſequentia res & pretium eſt, ergo emptio.
8 Argumentum a contrario ſenſu.
9 Verba ſuperflua potius eſſe debent quã ut damnũ indebite eueniat.

1 *Operæpretium nunc, ut uideamus nunquid actio creditori Hebræo ſit extincta, extinctis quidem pignoribus debitoris periculo, & an poſſit ſortem cum uſuris repetere, quia tria nos urgent fundamenta, ut affirmemus liberatos eſſe debitores. primo quia contractus iſte quamuis pignoris nomẽ habeat, non pignoris tamen ſed emptionis & uenditionis eſſe uidetur, quia in emptis & uenditis potius id quod actum eſt, quam quod dictum ſequendum eſt. l. ſemper in ſtipulatione, ubi doc ff. de reg. iur. Mens enim & uoluntas, tã in cõtractibus, quã in ultimis uoluntatibus eſt quæ inſpicitur. l. 3. C. de lib. pręt. C. plus ual. quod agitur, quã quod ſimulate concipitur; Iuſtum eſt enim uoluntatem magis contrahentium, quàm uerborum conceptionem reſpicere. l. fina. in principio. C. quæ res pigno. obliga. poſſunt, quodque hic contractus emptionis ſit, non ambulo in tenebris, hic adeſt res, adeſt pretium, unde emptio contrahitur, ut patet ex*

titulis iuris de contrah.emp. gloſ.l.3.C.de pręd.de cur. lib. x. & abſoluta perfectaque uenditio eſt, quia res emptori tradita eſt, & pretium uenditori datum, ambarum partium conſenſu accedente, neque conturbari debemus, quòd rem ipſam quandocunque debitor velit, luere poſſit, & propterea ſit pignus, quia & hoc conceſſo nihil magis efficis, ut pignus dicatur, cùm venditio ea lege celebrari ſoleat quandoque, vt quandocunq; intra preſcriptũ tempus uẽditor voluerit, poſſit rem venditam redimere.l.2.C.de pact. inter empt. & vendit. Nam cum Hebræis ita conſueuimus agere, vt intra annũ vel aliud longius tempus, redimere quod datum eſt, poſſimus, quo elapſo redemptio non permittitur, quod ſecus in pignore ſecundùm iuris regulas obſeruatur, quia quandocunque debitori uidetur, niſi aliud lex conuentionis præſcribat, redemptionis precium afferre poteſt; nec creditori pignoris diſtractio conceditur, niſi trina denunciatione præcedente, l.ſi conuenerit.ff. de pigno.actio. Contractus igitur hic eſt emptionis, & ſuperflua redditur quæſtio ſupraſcripta, vt Hebræo actio perſonalis ſuperſit, nec ꝙ plerique omnes pignus appellent, mouemur, quia rei effectum cernimus, & ideo non adhærebimus nomini, vt inquit glo. in rubr. ſolu.matr. Socin.l.ſi hæres.§.item ſi reipublicæ.nu.5.ad.l. Falcid. Iaſ.inſti.de act. §.ſic itaque nu.9. Secundo quã

3 *uis adimitteremus quòd eſſet mutui contractus credentis omne periculum, nihilominus eſt qui ſub vſu*

ris recipiẽdis mutuò dedit: ſingularis notatur tex. à Caſtrenſi & Iaſo. l. titius. ff. de preſcr. verb. qui temperat regulam, l. incendium. C. de reb. cred. & l. pignus. C. de pignor. actio. vbi facti huiuſmodi ſpecies explicatur, ſiquis pecuniam dedit ſub uſuris ſemiſſibus, periculũ eius pecuniæ ſentit ſine dolo uel culpa debitoris eueniens: pari ratione in hac quæſtione dicendum eſt in qua Hebræus omne pecuniæ commodum & emolumẽtum conſequitur, ergo ad eum utique periculum ſpectare debet, & hac notatu admodum digna lege id moderantur interpretes, quod dicitur debitorem perempto pignore non liberari, Iaſ. l. quod te. nu. 15. ſi cer. petat. Alex. l. ſi ex legati cauſa, in fine, de uerb. oblig. & æquitas ſuggerit cum pignoribus propter ingentes uſuras extingui perſonalem actionem, quas maximas uſque ad quinquageſimas recipit, & quas conſtat omni iure prohibitas: tertio conuentio exiſtit inter Hebreum et vniuerſitatem quod ſi aliquo caſu præda aut infortunio pignora contingat amitti, nõ teneatur illorum reſtitutionem præſtare, hoc pactum ut ſonat, nihil efficacitatis habet, quoniam nihilominus, ut diſponunt iuris regulæ, debitor amiſſum pignus citra creditoris culpam repetere nõ poteſt, d. l. pignus, & d. l. quæ fortuitis, quapropter ut pa
4 *ctũ aliquid efficiat à cõtrario ſenſu ſumpta argumẽtatione dicendum eſt Hebræos amiſſis pignoribus non poſſe creditam pecuniam conſequi, nec ad illius reſtitutionem debitorem teneri, ut æqualitas in-*

ter cõtrahentes ſeruetur,l. fina.ff.de acceptilatio-nibus, cum ſimil. & quoties uerbum ad duo refer tur,expreſſe uel implicite,parilis fieri debet rela-
5 tio,l.fin.ubi Bart.C.de ſenten.& interloc.om.iud. & æqua omnium determinatio; l. iam hoc iure. ff. de uulg.& pupill. Poſtremò fruſtra adiecta illa uer ba forent, & ſuperflua penitus conuentio reddere tur, in qua nè dictio quidem inutilis eſt apponenda, l.ſi quando.C.de inoff.teſt.l.ſi quãdo de leg.3. Sed obtinere non poteſt hec opinio, quin alteram ve-riorem recipiamus, quæ melioribus fulcitur rationi bus,ſiquidem inficias ire non poſſumus,quin pigno ris contractus hic ſit,ſic enim ſolent Hebræi ſub fœ nore mutuò dare; & ſic vſus communis obſeruat, qui inſpicitur. l. librorum.§. quod tamen de leg. 3. & ipſi pignora diligenter cuſtodire conſueuerunt, iuxta d.l.pignus. & .§ fin. Inſtit.quib. mod.re con-trah.nec uidemus in eos illorum dominiũ trãsferri, quia illis non utuntur,l. debitor.§.fin. de pign. act. l. cum & ſortis.§.fin.eod.tit.cùm itaque certi iuris
6 ſit eſſe pignus,clari ſunt textus in promptu ꝙ cre-ditor amiſſo pignore ſine ſua culpa experiri contra debitorem poteſt,primò d.l. quæ fortuitis,& dicta l. pignus. l. ſeruo. C. de pignor. l. fin.§. fin. C. de pact.pign.l. ſi inter.§.i.ff. de pign. & d.§ fin.inſtit. quib.mod. & de eo qui ſub uſuris mutuam pecuniã dedit,caſus legitur deciſus.l.fœnerator.ff.de naut. fœn.& ea eſt ratio, quia quantitatis debitum peri re non poteſt, d.l.incendium,& eſt nexus perſona-

*lis obligationis quæ oſſibus noſtris ceu ſtigma inhæ-
ret,l.3.ubi glo.ff.pro ſoc. neque tollitur niſi certis
quibuſdam modis.inſtit.quib.mod.tollit.oblig.Fir
mamento igitur huius quæſtionis ſeu concluſionis
valide ex allegatis.ll.conſtituto,reliquum eſt ut ad
oppoſita argumẽta reſpondeamus. Primo quidem*
7 *reſpondemus,non eſſe emptionis contractum, quia
non valet conſequentia, res & pretium interueni-
unt,ergo emptio eſt, ut in locatione & Emphiteuſi
uidemus, præterea in contractu emptionis ſoluto
pretio traditaque re,non eſt quicquã ulterius præ-
ſtandum,nec uſuræ ſoluuntur,quia perfectus et ab
ſolutus contractus eſt, ſecundo lex Titius pro con
traria opinione allegata non eſt conſideranda hoc
caſu, propter facti & rationis diuerſitatem, nam
ibi concludunt doctores eſſe contractum innomina
tum,do ut facias, Titius ibi præcipuè triginta Sem
pronio dederat,vt ſolueret ex eis ſemiſſes uſuras,
ex quibus tributum quod Titius ipſe pendere debe
ret, ſolueret,unde hic cõtractus,Titij gratia atque
commodo maximè fiebat, meritò ad ipſum ſpectat
fortunæ periculum, noſter uerò hic contractus eſt
mutui,qui principaliter debitoris gratia celebra-
tur,quapropter ei qui dominus eſt,pignus iure pe-
rit, Iaſ.d.l.Titius,& l.quod te.nu.15.verſ. vltra
Bart.& doct.ff.ſi cer.pet. Tertium fundamentum
non obſtat, quod concernit conuentionem uniuerſi
tatis,quia tale argumentum à contrario ſenſu non
recte ſumitur. Amiſſo pignore caſu fortuito, non*

tenetur creditor illius æſtimationem præſtare, ergo
8 *debitor non debet pecuniam reſtituere, quia argumentum à contrario ſenſu capitur in eodem ſubiecto, & eodem reſpectu. Veluti mulier prohibetur eſſe teſtis in teſtamẽto, ergo in alijs caſibus permittitur teſtimonium dicere. Dos reſtituitur mortua filia ſine liberis, ergo ſi cum liberis decedat, nõ redditur, ſed in caſu propoſito nõ perſiſtimus in eodem ſubiecto, ſed à debitore ad creditorẽ tranſimus & à pignore ad debitũ. Nec refert, quod aliter hec cõuentio ſit futura ſuperflua, quia expreſſio eorum, quæ tacite inſunt, nihil operãtur. l. 3. de legat. i. & potius uerba cenſeri debent fruſtra appoſita, quã vt aliquis indebitè damnum patiatur, glo. l. fin. §. in computatione, in gloſ. mag. in fine. ubi ſcribentes.*
9 *C. de iure delib. Iaſ. l. iuſtitia, nu. xi. de iuſt. & iur. nam contra tot legum diſpoſitiones Hebræus iactura afficeretur, ſi ex ea interpretatione eum priuaremus actione perſonali aduerſus debitores ſuos. Vnde nos concludimus creditorum agendi facultatem ſupereſſe exſtinctis debitori pignoribus.*

SVMMARIVM.

1 Brauium cui debeatur ex duobus currentibus, quorum unius deiecti equus primus curſum perfecerit, alter equeſter ſecundo loco integre cucurrit & in hoc communis opinio improbatur.

2 Brauium cui debeatur ſi duo uel plures eodem momento terminum attigerint & an iterandus ſit curſus.

3 Curſus ſi ſit repetendus, an omnes ſimul, an uero uictores tantum repetent, quorum curſus æqualis fuit.

4 In curſu & certaminibus quæ gratia uirtutis fiunt, licite ſunt victoriæ fraudibus & dolis acquiſitæ, & quando inter hoſtes licitæ fraudes dicantur.

5 Socii ſi duo conducti ſunt ad operam unius diei, licet unus plus operæ preſtiterit, æqua tamen eſſe debet mercedis diuiſio.

1 *NVnc aliam ſubijcio quæſtionem, Primo accedenti ad brauium, (ita noſtri uocant poſt interpretes noui teſtamenti certaminis premium) propoſitam conſtituerunt principes mercedem, equus ſeſſorem deiecit, & ſolus curſum perfecit, alius uerò ad locum deſtinatum cum equo applicuit, dubitatum eſt uter premium debeat conſequi. Recepta eſt in hac controuerſia Bartoli opinio, cum quo plerique omnes conueniunt, ut equus qui curriculum primus ſine ſeſſore compleuit premio dignus ſit, Bartol. Are. Alexan. Iaſ. l. i. §. item acquirimus, de acquir. poſſ. fundamenta ſuæ opinionis conſtituunt in l. qui fundus. ubi Bal. quemad. ſeruit. amitt. ubi qualiter fundus ſe habeat, & ita in ſuo habitu poſſideatur, ius eius ſeruitutis non deperit. Quadrare etiam dicitur l. i. §. quæſitum, vbi Bart. ff. de aq. quot. & æſtiu. ubi locus eſt interdicto aquæ quotidianæ & eſtiuę, ſi aqua influxerit ipſa ſibimet, ſi modo quis ante annum eam duxerit. Præterea in propoſita quæſtione tractabatur de adimplenda conditione, quam*

ſufficit ipſo facto adimplere, l.ij. de condit. & demon. & poſtremò non alia ratione, & cauſa conſtitutum præmium eſſe uidetur, quàm celerioris curſus gratia. Nec referre ideo aiunt, an ſui natu ra & ſponte equus, an homine eum calcaribus adi gente ſtadium currat, l. ſi in duobus. §. quemad. teſtam. aperiantur, cuius potiſſimum curſus non, aſcẽ dentis impulſio notanda eſt, l. peculium. §. quadrigæ, de lega. ij. Deinde equo currenti propoſitũ præmium eſſe uidetur, l. apud Labeonem, in prin. ff. de præſcrip. verb. vbi dicitur quòd ſi ego equum venalem habeam, illumq; tibi empturum dederim, ut periculum facias, ut ſi intra biduum diſpliceret mihi redderes, tuq; deſultor cum eo cucurreris, & uiceris, deinde emere nolueris, mercedẽ certaminis, una cum equo mihi reddere debes. Hanc tamen concluſionem prædicti ſcribentes declarãt non habere locum conſtitutionis, uel edicti uerbis ita ſe habentibus, qui primus unà cum equo cucurrerit & applicuerit, præmio dignus ſit. Verùm hęc ipſa concluſio mihi periculoſa uidetur, & non rectè phi loſophari doctores, qui profitentur à conſtituentibus præmia equi ſolius habitam fuiſſe conſiderationem, quaſi uelint homini creaturarum digniſſimo equum præponere, cùm non equi, ſed eorum ſeſſores in hac cauſa potius reputandi ſint, qui ſi equos non agitarent, ſua ſponte recta curſum non currerent. Præmium igitur præpoſitum cenſetur hominis gratia, quò deficiẽte in curſu, quoniam pancra

ticè ſe non habuit, ſed ab equo deiectus eſt, uel ceci dit, præmiũ non meretur, quod ipſe nihilominus nõ equus utcunq; ſit, aliter conſequitur. Deinde ut ſen ſu equus caret, ita mihi ſupraſcripta opinio ueluti abſurda penitus ratione carere uidetur, quia ſi prę miũ equo pollicemur, merces curſus ab eo non agno
2 ſcitur, immo ad hominẽ redit. Sed quid de pluribus qui ſimul applicuerint, reſpondebimus cùm tantũ- modo prę mium primo applicanti propoſitũ ſit, pro fecto uictor exiſtere nemo uidetur, & re infecta om nes diſcedẽt, præſertim cum prę fixis in cõſtitutionę uicibus cucurrerint, et determinatos miſſus cõpleue rint, quo caſu nõ aſſentior Baldo, qui in prima .ff. conſtitutione curſum ſimili uirtute fore iterandum credidit, ut q᷑ prius fuerat dirimendũ dirimatur: ego uero exiſtimarẽ omnibus præmiũ deberi æquis portionibus ſi cõmodam recipiat diuiſionem, ſin ue rò eius diuiſio difficilis ſit, & penè impoſſibilis eſſę uideatur, uni perſonæ totius præmij fiat adiudica- tio, cõpenſatione precij inuicem facta, iuxta l. ad of ficiũ. C. cõmu. diuid. l. ſi familię. ff. famil. hercíſ. et. §. ſi familiæ, et. §. eadem. inſti. de offic. iud. in quã ſen- tentiam autoritas Bartoli me adducit, in l. hoc ar ticulo nu 9. in quæſtione ciuitatis Lucanæ. ff. de he red. inſtituen. niſi ex noua uoluntate eorum qui præ mium propoſuerunt iterum curratur, argum. l. ſi fuerit, de reb. dub. & l. matrimonij. ff. qui & à qui bus: curſus vero ſi repetatur admittẽtur ne omnes,
3 qui in ludo fuerunt, an hi dũtaxat qui ſimul acceſ-

ſerunt, Bald. fert opinio poſtremos tantum admittendos, qui ſimul ad brauium peruenerunt, & reliquis reiectis iterato certabitur, qui fructum & fauorem ſuæ negligentiæ conſequi non promerentur, l. fin. C. depoſiti. l. fin. C. de anna. excep. Ital. contrac. l. fin. C. de alluuio. nam hi qui certant ut ſinguli conſiderant, unde ſemel excluſi non debent amplius admitti, quòd ſecus eſſet, ſi ut corpus quoddã uniuerſitatis haberentur, c. cum in unionẽ de elec. Verũtamen ego opinor Cyni ſententiam ueriorem eſſe, ut de integro curſus ab omnibus fiat, quia nemo uicit, nemóque uictus eſt, poſſuntq; re infecta à certamine diſcedere, & conſiderandum eſt in hoc ludi genere, tot à principio inſtitutos fuiſſe curſores, vt aliqui aliorum gratia conſequãtur, quod aliter ipſi non erant habituri l. Imperator Hadrianus. ff. de ſtatu hominum l. ſi communem, in princ. quemad. ſeruit. amitt. l. ſi is qui duos cum glo. ff. de liber. leg. Iaſ. l. ſi emancipati nu. 15. C. de collat. Barba. conſil. 36. col. 8. ij. uol. Præterea uidemus quæ malefacta fuerunt, perinde ac ſi non forent facta haberi, & ideo inſtauranda eſſe, l. quoties, qui ſatiſd. cogan. Eiuſdemque ſententiæ fuerunt Ang. Imol. Paul. et Alex. in l. eum qui nouiſſimus nu. 5. ff. ad Trebel. Feli. in c. capitulum, uerſ. de duobus, de reſcriptis. Duo ſimul curſum tenebant alter
4 *manu porrecta ſuper alterius equi caput frenum deduxit dum in medio itinere adactis calcaribus pauliſper anteceſſiſſet, actumq; eſt, ut cum equi re-*

gendi poteſtatem non haberet ſeſſor euagatus cūrriculum tardius perficeret, ille ſe uictoria dignum proclamari poſtulat, exemplum adducit Troianorum deuictorum qui arma, clipeos, ac galeas Græcorum induti per agmina ipſorum procedentes ignoti multos interemerunt: dolus enim an uirtus quis in hoſte requiratur: & Cyrus Perſarum Rex in Scythiam cum aliquantiſper proceſſiſſet caſtrametatus eſt, deinde poſtero die ſimulato metu & quaſi refugiens caſtra deſeruit, uinum affatim, & ea quæ erant uictui neceſſaria relinquens, quò cùm ueniſſet Reginæ filius rei militaris ignarus & adoleſcens ad Cyrum perſequēdum à matre miſſus, ueluti ad epulas non ad prælium ueniſſet, omiſſis hoſtibus inſuetos ſcythas uino onerare ſeque paſſus, prius ebrietate uictus quam bello, per noctem iuuenis oppreſſus cum omnibus Scythis interficitur. At Cyrus recenti uictoria exultans pari inſidiarum fraude circundantur, quippe ſimulata diffidentia propter cladem acceptam Thomyris refugiens Cyrum uſque ad anguſtias perduxit, ubi compoſitis in montibus inſidijs ducenta millia perſarum cū ipſo Rege trucidauit. Huc confert Hannibalis conſilium & aſtutia, qui arena & puluere Romanorum occulis mire aduerſantibus, uictoriam apud Cannas adeptus eſt. Præterea hęc pugna cōditionalis eſſe uidetur, ideſt, ſi uicerit eorū aliquis, ſed licet reſiſtere, ne uincatur. l. ut vim. ff. de iuſt. et iur. & ſufficit conditionē ipſo facto impleri. l. meuius.

ff. de cond. & demon. & licitum eſt etiam contra hoſtem dolum, & machinationem adhibere, l. prima. §. non fuit, de dolo. Contra eum dicitur ut non debeat uictoria potiri, quia non propria uirtute, ſed corrupto certamine deuicit & fecit, neſcio quid extra ludi naturam, unde uictor non cenſetur, arg. l. qui foueas, ad l. Aquil. & l. ſi ex plagis. §. cum pila, eod. tit. ubi dicitur quid ſi ludentem ad pilam contra ludi naturam impulero, & crus fregerit, ego tenebor. Deinde ſi inter aliquos certatur uirtutis gratia, & inter eos ſponſio facta ſit, interponens impedimentum, quominus alter certet, non dicitur viciſſe, argum. l. ſolent, de aleæ luſu, l. in executione. §. fin. de verb. oblig. Nec obſtant ſtratagemmata, quæ pro impediente allegata fuerunt, quia illa inter ueros non umbraticos hoſtes procedunt, non autem ita concedimus facere his, qui uirtutis & ludi gratia certant, ſecundum Parid. de Puteo in trac. de re militari, in quæſtione de prouocatore qui tulit igneum pomum ad impediẽdum prouocatum.

5 *Verum id quod inter duos ſocios occurrit, diſcutiam loco poſtremo: conductæ fuerunt duorum operæ vnius diei ad cõficienda ignea iacula, conſtitutaque illis merces duorum aureorum, & præſcriptus numerus iaculorum ſexaginta conficiendorum, vnus uiginti, quadraginta alter expediuit. Hic maiorem promiſſæ pecuniæ quantitatem expetit, qui plura etiam iacula compleuit, plurisque operæ impendit, quia laborum merita*

ſunt

ſunt æſtimanda.l.i.C.de Conſ.l.i. C. de Caſtrenſi. l. fin. C.de Tyron.lib. xij. & iuxta numerum uel mēſuram operis merces præſtatur, l.qui inſulā, .§.qui ædem .ff. locati. Ego exiſtimaui æquis portionibus fore diuidendam, quia illorū operas unius diei conduxit nulla facta diſtinctione laboris uniuſcuiuſque arg.l. ſi communis ſeruus ita ſtipuletur, de ſtipul.ſer.& §. penul.ubi glo.Inſtit.eod.tit.

SVMMARIVM.

1 Quæ ſit ratio huius tituli.
2 Nimium eſt damnabile,& multa de re nimia damnanda & de exceſſu explicantur.
3 Immodicum ſi prohibetur an modicum cenſeatur etiam permiſſum & an ſi prohibetur exactio ab inuitis,cenſeatur permiſſa acceptio a ſponte dantibus.
4 Argumentum a contrario ſenſu non procedit quando datur medium inter duo contraria & in prohibitiuis etiam.

1 *NVnc ratio perueſtiganda eſt prohibitionis huius tituli, quam hercle puto, quia nihil immodicum bonum eſt, & omne quod eſt nimium uertitur in uitium, in authenti. ut determin. ſit nume. cler. in principio, columna prima, & multitudo oneroſa nihil habet honeſtum in auth.de refer.col.2.§.fin. ut multis exemplis cōprobabitur. In relictis in redemptionem captiuorum,& ſacroſanctis eccleſiis, quæ ſpeciali alioquin iure decorantur, longæ nimis*

2 *exactionis facultas reſtringitur. l. fina. C. de ſacroſan. Eccleſ. Et nimiam relligionum diuerſitatem conſulta prohibitione concilium uetuit, c. i. in prin. de rellig. domibus lib. 6. Quia nimia relligionum diuerſitas in Dei Eccleſia confuſionem inducit, c. fin de rellig. domibus. Nec in multitudine ſacrificiorum propitiatur Deus, xiiij. q. v. c. ſcriptum, Et immoderata innocentia & indiſcreta pſalmorum & horarum uirginis decantatio Deo opt. Max. diſplicet, & qui temporalium bonorum, uel ciborum nimia egeſtate, aut manducandi, uel ſomni penuria corpus ſuum immoderate affligit, tanquã rapinam holocauſtum facientem Deus odio habet, & ſacrificiorum magnitudinem ſine offerentium meritis odit & proijcit, xxiiij. q. i. c. odi & proieci, c. non mediocriter, de conſecr. d. ult. Nimius etiam teſtiũ numerus refrenandus eſt, l. i. ff. de teſt. c. cum cauſam, extra eod. In fideicommiſſis quoque nimium non eſt grauandus hæres, & propterea contraria fit à Iure præſumptio, id eſt ne in infinitum illud præſtare cogatur, l. fideicõmiſſa. § ſi quis decem de leg. 3. l. unum ex familia. § ſi rem, de leg. 2. Et multitudo ſacris Canonibus eſt inimica, c. quia in tantum. de præb. Et ſanctius eſt paucos bonos quàm multos malos habere miniſtros, c. fin. de ætat. & qualita. Et ſatius eſt pauca idonee effundere, quã multis inutilibus prægrauari. C. de uet. Iur. enucl. l. tanta. § contrarium. Et melius eſt agere pauca ſecurè, quàm multis periculosè intereſſe, in auth.*

de tabel.in medio conſtit.col.4. Et nimium etiam in obligationibus uitamus, quia non debet quis eſſe in infinitum obligatus, l. qui bona.§.fin. de dam. infec. Atque nimia litium exercitatio eſt uitioſa. l.non diſtinguemus.§.quæſitum.ff. de arb. Idem in executionibus faciendis uidendum, ne longe nimiũ res abeat, l.à diuo Pio,.§. ſed ſi emptor.ff.de re.iu. Et nuptiæ crebræ pro maledictis habentur, quia ſecundum Apoſtolum, quamuis ſecundas nuptias licitum ſit contrahere, iuxta tamen ueritatis rationem fornicatio eſt, c.hac ratione xxxi.q.i. pariaque ſunt incontinenter uiuere & ad ſecunda uota tranſire, Panor.c. uxoratus de conuer. coniugat. undè illud Martialis, Quæ nubit toties, non nubit, adultera lege eſt. Et nimia dominorum indulgentia in ſeruos eſt coarctãda.l prima.ff.de col.deteg. Nimisq; breuis terminus appellandi cauſam præbet.c.1 .de dilat. Item damnantur iudices nimis animosè procedẽtes, c.cum ueniſſem, de in integ.reſti. Et qui nimis properat ad executionẽ, dicitur autẽ nimis properare, quando antequam ſit iudicatum, exequitur, l.i.C. de execut.rei iud. Noli eſſe nimis iuſtus, quia nimis eſt iuſtus, qui perit in iuſtitia ſua ij.q.vij.c. plerunque.§.his etiam ſignif. Et nimis larga locutio reſtringitur. l. & non tantum.§. & quod ſi pro emptore, ubi glo.in uerbo exceptio.ff. de petit.hered. Et a nimium effuſi ſermonis iactatione cauendum ne in promptum incidamus periculũ.l.fin.C.de dot.promi.Iaſ.l.ſi de certa C.de tranſ.

Et nimia generalitas improbatur.l.ita fidei,ubi.gl. ff.de iur.fiſci.c. ad hęc cum glo. in uerb. indeterminate,de reſcrip.quia obſcurum parit. Et a nimia familiaritatę cauendum, quæ contemptum parit. l. obſeruandum.ff.de off.præſid. Nec nimia ſubtilitas recipitur.c.dilecti.de iudic. Et ſumptus nimius in ciuitate quantum abſit, docet Plato Epiſt.vij, dum prodit, Ciuitatem nullam legibus acquieſcere poſſe, ſi cuncta in ſuperfluos uſus eroganda Ciues exiſtiment,cæteriſq; poſthabitis omnibus, conuiuijs duntaxat & Venereis oblectamentis obnixè putant impendendam operam. Nam in omnibus ſumptus ita moderate ſunt faciendi,ut ex reditibus ſemper aliquid ſuperſit.l.2.& 3.ff.ubi pup. educari debent. Et immoderatus etiam ſumptus in ſuſcipiendis inſignibus doctoreis coercetur, clem.ij. ubi Card. de mag.Sic etiam nimia opulentia et inopia obſunt Ciuitatibus:illa ſiquidem delitias,deſidiam, ſeditiones, rerum nouarum ſtudiũ parit:hęc autem cum rerum innouatione illiberalitatem & maleficia gignit teſte Plat. de legibus 31. Item in pœnis inferendis nimiæ ſeueritatis atque clementiæ gloria non eſt affectanda,ſed perpenſo iudicio, prout quęq; res ęxpoſtulat ſtatuendum eſt,l.reſpiciendum.ff.de pœn. Item immoderatæ liberalitatis effuſio patrimonium exhauriens, immodicaque donationes à legibus minime ſunt receptæ. tit. C. de inoff. donat.Similiter inofficioſæ dotis datio .C. de inoff. dotibus Nimius amor quoq; reprehendi-

tur,in auten.quibus mod.natur. effic.§.illud.uerſi. nouimus,& §.fin. Inſtit.de ſucceſ. ſublat. quæ fiebant. Sic etiam odia(ut dicunt) Vatiniana, & nimis graues,quæ capitales dicuntur inimicitiæ opinionem hominis deprimunt in ſuſcipienda tutela, & in accuſatore deferendo. Inſtit. de excuſ. tuto. §.inimicitiæ.c. repellantur.c.quũ P.c.meminimus de accuſat.ſpecul.in tit.de præſump.§ ſpecies, uer. ſed pone P.minatus.Marſil. in praxi.§.diligenter. nu.70.Sic etiã nimia caſtigatio punitur in eo, qui caſtigare moderate alioquin poteſt,Bart.Ang.& doct. l. ſi adulterium cum inceſtu..§.Imperatores de adult.l. Gracchus.C.eod.Marſil.in praxi.§.quoniam nu.90.Et qui nimia utitur defenſione,ut modum excedat,in tutela punitur,qui aliter non puniretur,Abb.c.dilecti filij.de excep.ubi Feli. nu. 13.Ale.conſ.76. uiſa inquiſitione 1.volum. Et nimia etiam læſio abſolutionis a iuramento cauſam tribuit legitimam,ut in integro reſtitutio petatur, ut not.doct.in.c. can onum ſtatuta, de conſtit.& Iaſ.in authen.ſacramenta.C.ſi aduerſ.uendi.quia magnus exceſſus facit dolum præſumi.l. omnes.§. Iulianus de his quæ in fraud.cred.Bart.l.fina. de puer.ſtipul. Et nimium potens,ideſt plus debito tẽpore,re,uel cauſa coercetur iuxta.§.plus, de act.inſtit.Et nimia indigentia non ex inopia magna,ſed ex plurima copia naſcitur, ut teſte Gellio. libr. 9.cap.8.exclamabat Phauorinus philoſophus cũ breuitate,eleganti ſententia, Neceſſe eſt,qui mul

ta habent, multis indigent. Abundantia nimia ciborum morbos generat & moleſtias ingerit, & ægritudines facit. Quod enim nimia fames efficit, hoc facit repletio ciborum, quæ cõſumit, et macerat, Io. Criſoſt. de conſecr. diſtin. ult. c. nihil enim iucundum. Et multos morbos nimia ferunt fercula, ut ait Seneca. Et nimia credulitas reprobatur, ſicuti nimia incredulitas, l. i. ubi glo. de eo per quem factum erit, l. ij. cum gloſ. quod falſ. tutor. c. illud. de Cler. excomm. immo qui nimis citò criminibus aurem præbet, reus eſt, c. non ſolum. xi. q. 3. & de nimio uſu vini Virgil.

Vina ſitim ſedant, natis Venus alma creandis
Seruiat, hos fines tranſiluiſſe nocet, Et Oui.
Vina parant animos Veneri, niſi plurima ſumas,

Et quæ ſequuntur. Et nunquam nimis lætitia nimia exultandum, aut dolore nimio eſt deprimẽdus animus, vt ſuperius diximus iuxta Platonis ſententiam, vnde bene quidem notatum eſt à ſapientibus, Ne quid nimis: nam quis eſt, cui non uideatur in uniuerſum iuſtitiæ penſum æqualitas, & quod nimium eſt iniuſtitiæ, vt refert Lucianus de non temerè credendo calumniæ. Vnde ait Ariſtotel. Rhetor. primo, quicquid fuerit ſuperabundantius, & magis quam eſſe debeat, hoc eſſe malum, igitur ſi comparatum eſt, vt legibus ac naturæ vſui
3 *immodica diſpliceant, licebit ex ſenſu huius rubr. arguere modicum ab inuitis poſſe exigi, & etiam immodicum à ſponte offerentibus accipi, quia tan*

tum ab inuitis accipiendi prohibitio facta eſt, Ac curſio placuit, quod modicum uel parum aliquid licitè accipiatur, quod quidem ſuadetur argum. à contrario ſenſu ſumpto. Ac quia quod plus eſt, ſi prohibetur alicui, minus illi permiſſum eſſe cenſe tur, l.relegatorum §.fin ff. de interd. & releg. ego autem hanc ſententiam impugno, quia huiuſmodi inſinuationes ſunt publicis ſumptibus facienda in auten. de mandat. princ.§.deinde competens, & C.l.i. Ruſticani ad vllum obſequium ne deuocentur, debent enim fieri hęc manifeſtè, ſine ſubiecto rum diſpendio, in auten. de alien. & emphiteu. in fine, & de Eccleſiaſtico titulo in fine, & ad hanc rationem attinet quod conſtituitur in c.baptizandis i.q.i. & c. relatum, x.q. vlt. ubi nihil exigitur pro ſacramento Baptiſmatis conferendo, ſponte ta men oblatum recipitur, c.de Eulogijs. xviij. diſtin. gloſ.d. c.baptizandis in verbo exigere, ſimiliter pro dedicandis Eccleſiis nihl exigitur, oblatum tamen non reſpuitur, quia quędam licitè retinemus, quæ tamen petere prohibemur, c. placuit.i.q.ij.& qui ad dei cultum ſe offerunt, gratis recipiuntur citra omnem pactionem, & exactionem, niſi ei placuerit aliquid elargiri, i.q.ij.c.quamuis, et pro ſepultura cadauerum nihil exigendum, nihil petendum eſt, ne venalis dicatur Eccleſia, aut ſacerdotes de humanis uideantur mortibus gratulari, ſi ex eorum cadaueribus ſtudeant quærere quolibet modo com pendium, uerum ſi pro funalibus, & cereis ſponte

aliquid offeratur, accipere Sacerdotes non uetantur, xiij. q. ij. c. queſta eſt. Verùm textus ſequens punit etiam à ſponte dantibus accipientes, ſicuti cogentes, vnde ut correlatiuorum eadem ſit diſpoſitio, dicendum arbitror, ęquè prohibitã eſſe dationem ac receptionem, nam ſicuti dicimus, quòd probibita datione etiam probibetur acceptio, glo. l. i. §. penult. in verbo dari. ff. de calum. glo. l. i. C. ne fideiſſ. dot. dentur, ergo prohibita exactione & receptione, prohiberi cenſetur oblatio. Siquidẽ prius dationi locus præcludendus eſt, ut quis à receptione arceatur, ſi enim datores a dando ſe temperarent, & abſtinerent, nullus recipiendi locus relinqueretur, argu. l. vnicæ, prope finem. §. ſi enim. C. de raptu virg. aliter enim ſemper huiuſmodi leges fraudandi occaſio præberetur, & malitijs ac fraudibus eſt obuiandum, l. in fundo. ff. de rei vendic.

4 *Nec militat in hoc articulo argumentum à contrario ſenſu, quia inter ſenſum directum, & illum, qui à contraria ſumitur diſpoſitione, datur quoddam medium, quia inter immodicũ & paucum ſeu modicum datur mediocritas media, & non ſumitur tale argumentum, niſi quando inter directum & contrarium ſenſum medium non datur, Dec. num. 38. ff. de off. eius cui mand. eſt Iuriſd. Similiter nec in prohibitiuis diſpoſitionibus militat ſupraſcriptum argumentum, Decius vbi ſupra num. 54. & Bald. d. l. 2. in fine. C. de condit. inſer.*

SVMMARIVM.

1 Continuatio tituli ad præcedentia.
2 Salaria de publico percipientes non debent a prouincialibus aliquid habere.
Item de militibus dicitur.
Et de principibus quibus tributa ſoluuntur.
Et de Iudicibus qui non debent cogere ſubditos ad capiendum malefactores, qui debent ſumptibus publicis perquiri.
3 Verba rubricæ exponuntur.
4 Effectus quandoque ponitur pro cauſa, & qualitas pro eo cui qualitas adhæret & continens pro cõtento & contra.
5 Conſules unde dicti & de eorum materia remiſſiue.
6 Inſinuatores qui dicantur in materia tituli.
7 Sacræ literæ & huiuſmodi verba qualiter intelliguntur & cur ſacri principes & eorum actores ſacri dicantur.
8 Deſcriptio quid ſignificat.
9 Rubricæ ſenſus..

1 *SVpereſt modo vt hunc Titulum recto ordine quo reliqui iuris tituli ordinantur, continuemus. Paulò ſuperius Imperator abſoluit illicitas eorum exactiones, qui poteſtatem aliquam gerunt, uel honore prædıti, aut Imperio aliquo ornati ſunt, & eorũ periniquas extorſiones: ſed quia huiuſmodi perſonæ non ſolum extorquere poſſunt, uerùm hi facilius quoque, qui publicam lætitiam nuntiant,*

Ideo his etiam hanc vnam cautionẽ et ſummã pro uiſionem adhibet, ex hac continuatione iuncta ru brica, extorſiones illicit æque exactiones uetantur, optimaque ratione à prudentiſſimis Imperatoribus animaduerſum fuit & conſtitutum, oblata enim felicis nuntij alicuius opportunitate facile nunciatores quodlibet eriperent à populis niſi inexplebilis nuntiantium cupido coerceretur, facta eſt igitur huiuſmodi probibitio, cum de publica pecunia compendia recipere debeant. Vnde erit con cluſio, quòd hi qui ſalaria a principe recipiunt, non
2 *debent aliquid à prouincialibus uiris exigere. Hoc que non ſolum procedit in perſonis publico munere fungentibus, ſed etiam in militibus, qui debent eſſe ſuis ſtipendijs contenti, nec quicquam ulterius quærere, nec ſumptibus & læſionibus collatores pregrauare, l. fin §. quibus C. de re milit. Lucæ. 3. Matth. 2. c militare xxiij. q. i. Reges etiã uel prin cipes non poſſunt data neceſſitate ſubditos cogere, ut eos proprijs ſumptibus adiuuent, quia Tributa ideo Principibus conſtituta ſunt, ut regnum ſeruẽt ſine ſubditorum diſpendio & onere, Andr. de Iſer. libro feudorum de ſtatu & conſuet. §. nauigia, Lucas de Penna. l. i. col. vi. in iij. quæſt. C. ut ruſtici ad nullum obſequi. Immo nec magiſtratus in flagitioſum & latronem manus iniicere uolens poteſt ſub ditos maxime Ciuitatum incolas ad id cogere, quia huiuſmodi malefici ſunt ſtipendijs publicis capiendi, ut notant auctores ſupra allegati. Scriptum eſt*

*enim, neminem concutietis, neq; calumniam facie tis, ſed eſtote contenti ſtipendijs ueſtris, non enim de his tantum qui militant armata militia ſcriptũ loquitur. ſed quiſq; militiæ ſuæ cingulo utitur, dignitatis ſuæ miles aſcribitur, atq; ideo hec ſententia dici poteſt militibus, protectoribus & rectoribus. Quicunq; ſibi ſtipendia publice decreta conſequitur, ſi amplius quærit, tanquam calumniator et concuſſor Ioannis ſententia condemnatur, d.c. militare, et C. ne à collatoribus operæ exigantur. Nũc reliquum eſt, ut literam perlegamus. (*Publicæ læ
3 titiæ*) alibi publicam Iuriſconſultus gratulationem l. abolitio. ff. ad Turpil. ubi propter inſignem diem aut ob publicam gratulationem, uel ob rem bene geſtam abolitio fit, (*Publicæ lætitiæ*) ideſt ob rem inducentem publicam lætitiam, & ſic effe-
4 ctus ponitur pro cauſa, ſic in l. qui potuerunt, de manu. teſt. ubi manumiſſio pro manumiſſionis cauſa accipitur, & l. i. C. de ſer. fug. ſicut qualitas pro eo, cui qualitas adhæret intelligitur, l. pergit, C. de ſepul. uiol. & contentum pro re quæ continet, l. certo. de ſeruit. ruſt. prædior. vbi uinea pro prædio accipitur, & ſolo in quo plantata eſt, & pacta pro documentis in quibus ipſa continentur. l. Iuriſgentium. §. quod fere de pact. & toga pro togatis uiris. l. ijſdem C. de aduoc. diuerſ. Iud. (*Vel conſulum nunciatores*) Hinc licet uidere, quod etiã
5 Cæſarum tempore magna erat conſulum dignitas, cùm in ipſorum creationibus publica fieret gratu*

latio, licet maior quidem exactis regibus fuerit. Dicti Conſules fuerunt, quod per omnia reipublicæ cõſulerent, & penes eos ſummum ius eſſet, l. ij. §. exactis deinde. 2. ff. de orig. Iur. ubi Excellentiſſimus præceptor meus Hieronymus Cagnolus plura elegantiſsime in hanc ipſam conſulum materiam congeſſit. Hos ex Patritijs primum patribus tantum creari iuserat. Sed poſtea ex plebe quoq; fieri ex lege Licinij Stolonis ut Gellius ait lib. xxi. c. xvij (Vel inſinuatores conſtitutionum & aliarũ

6 ſacrarum uel iudicialium literarum.) *Inſinuatores, ideſt publice deuuntiantes conſtitutiones quæ ſine ſubiectorum diſpendio debent fieri, ut ſu-*

7 *pra dixi, & in auctẽn. de alien. & emph. in fine, ſacræ literæ ſunt, quæ a principis animo proueniunt, l. fin. C. ſi contr. ius ſacrique affatus ipſa reſcripta dicũtur, l. ſacri. C. de diuer. reſcrip. Et ſacra forma in aut. de non alien. §. hæc igitur omnia, & in aut. de nuptijs. §. diſponat primo principis reſcriptum, Et oracula appellantur, quæ ex eius ore procedũt l. 3. C. de legibus, & ſacrũ oraculum. Inſtit. de ado. ubi glo. §. penul. & ſacram poteſtatem, ideſt principalem & Imperialem uocat, in auten. de naut. uſ. in princ. & inferius in l. unica Imperator ſacros ſuos appellat uultus, & diuinas Imperatorij numinis aures Iuſtinianum appellat, in l. fin. C. de acquir. poſſeſ. Ideo ſacri principes appellantur, quia a Deo conſtituti miniſtri ſunt, populos ut iuſte regant, ſapient. vi. Vnde religioſi eſſe debent, et quic*

quid ex eorum animo prouenit, in ſe religionem habere. Vel quia principum placita leges ſunt, & lex omnis eſt inuentio quędam & donum Dei diuinitus per ora principum promulgata.xi. q.iij.Impe
8 *ratores xvi.q.3. nemo.l.ij.ff.de legibus.(* Ex Deſcriptione. *) Deſcriptio uarijs accipitur modis ut not.Lucas de Penna ſupr.de apoch.pub. hic autem puto accipi deſcriptionem, ut ſupra accipitur de ſtatuis & imaginibus. l. finali, ubi iubetur ſtatuas & imagines erigi debere ſumptibus collocantium,non ex deſcriptione, ideſt popularium expenſis, quia quando communi impendio aliquid eſt faciendum,fiunt deſcriptiones per ſingulos ordines cogentibus diuerſis negocijs d.l.i.Et ſunt capitum cenſus ſoluendi,iuxta illud, exijt edictum à Cæſare ut deſcriberetur uniuerſus orbis. Vel intelligo ex deſcriptione,ideſt ex ſcriptura,quę inſinuante præſide fiebat ſecundum id quod unuſquiſque ex ordi*
9 *ne ſoluere iubebatur, Accurſ.d.l.i.gloſ.ij.Et erit ſenſus hoc modo rubricę quòd in publicanda et nũtianda communi lætitia, non eſt deſcriptio facienda,nec cenſus imponendus,ut aliquid ab inuitis popularibus accipiatur.*

FINIS.

